

Textos inéditos de la Escuela Salmantina sobre los principios constitutivos de la materia leve^(*)

por
E. MOORE, S. I.

I

Damos a continuación nuestra lectura de algunos fragmentos de los Manuscritos de la Escuela Salmantina que más directamente incuan a nuestro estudio. Todos se encuentran en la Biblioteca Apostólica Vaticana. La mayoría, en el fondo Ottoboniano latino; algunos en el Vaticano.

Prescindimos de dar una descripción detallada de los manuscritos, porque ya han sido, al menos, presentados y en su mayor parte descritos por EHRLÉ-MARCHI, en *Estudios Eclesiásticos* (vols. 8 y 9, correspondiente a los años 1929 y 1930) y por STEGMUELLER, en *Theologische Revue* 29 [1930]

(*) Estas páginas pueden considerarse como un apéndice documental al trabajo que publicamos en este mismo volumen. Varias veces nos hemos referido a un Apéndice I y II, que son los que aquí ofrecemos para una mejor comprensión de la doctrina que exponemos y facilitar, al mismo tiempo, la comprobación de nuestras afirmaciones.

Tan sólo hemos evacuado las citas de la Sagrada Escritura. Las demás [las hemos dejado tal] y como se encuentran en los manuscritos. Muchas, sin duda, estarán equivocadas bien por la imprecisión con que suelen citar (muchos de las citas están tomadas al oído en clase) bien por defecto de lectura, ya que no siempre es posible descifrar los guarismos.

No tenemos la pretensión de ofrecer un texto definitivo. Hemos pretendido dar, lo más fielmente posible, el texto del original; a veces, no hemos logrado quedar plenamente satisfechos de la lectura: indicamos esto con [?] y en algunos casos damos otra lectura probable. Hemos, con todo, procurado sujetar lo menos posible, contentándonos con presentar lo que se halla escrito, aunque, a veces, no resulte una frase del todo enteramente: lo que, por otra parte, es casi inevitable en los manuscritos académicos.

VITORIA

Octob. Inc. 1000. Descripción de este manuscrito en *Revista, F&Ecl* 8[1929] 168 s. BELTRAN DE HEREDIA, O. P. *Los manuscritos...* p. 67 s. Id., *Francisco de Vitoria. Comentarios a la Segunda Secundaria de Santo Tomás*, t. VI, p. 14. En las pp. 411-423 publica el comentario a la q. 96. a. 4, que omitiamo.

Var. lat. 4630 Cf. EHRLICH, *Emble* 8[1929] 140. BELTRAN DE HEREDIA, *Los manuscritos...*, p. 65 ss.

I, II, q. 72, n. 5 *Octob. 1000, f. 124v*

(Lect. 92) Utrum distinctio peccatorum, quae est secundum reatum diversificet speciem. an specificam.

Ponit unam distinctionem et quatuor conclusiones. Distinctio est: quod duplex differentia invenitur inter ea quae differunt specie, una specificam, ut homo, leo; alia quae non facit distinctionem specificam, ut ignis et aqua per calorem et frigidum, etc.

Tunc est 1.^a conclusio: Quod differentia peccatorum secundum reatum, scilicet quia mortale est dignum poena aeterna et veniale est dignum poena temporali, non facit distinctionem specificam, quia quae sunt posterioris non dant speciem prioribus; sed esse dignum poena, etc. est posterioris, etc.; ergo.

2.^a conclusio: Differentia inter peccatum mortale et veniale constitit in hoc: quod mortale deordinat a fine et veniale non. Et declarat quare vocetur mortale.

3.^a conclusio et 4.^a, in quibus declarat secundum, quia avertere ab ultimo fine est facere aliquid contra Deum, etc. *Corrige citra ubi circa* (1).

(1) Nota para que los discípulos corrigieran el texto defectuoso de Santo Tomás que usaban.

Dubitatior 1.º: Utrum mortalia et venialia distinguantur per reatum ut dicit quidam doctor. Tractatur a Doctoribus in 4, dist. 21 et in 2, dist. 21. Ratio dubitandi est quia si tollitur obligatio ad poenam tollitur etiam peccatum, vel e contrario. Et aliqui Doctores moderni ita videntur sentire, ubi supra. Et Scotus in 4, dist. 21 ponit istam opinionem tanquam probabilem, licet ipse tanquam probabilius teneat aliud. Sic ergo dico cum s. Thoma quod non distinguuntur per reatum, etc. Probatur: Quia posset manere distinctio quum nullus esset reatus. Patet: quia Deus posset absolvere a poenis et posset relinquere homines impunitos et tunc odium Dei esset mortale nihilominus, et verbum otiosum esset solum veniale. Confirmatur: quia in damnatis sunt peccata mortalia et (fol. 125) tamen non obligantur ad poenam per illa; ergo. Sed quia posset quis dicere quod dato quod Deus illud faceret tamen semper mortale esset dignum poena aeterna, veniale poena temporali, et sic solvere argomenta, dicens [?dicendo?] quod Deus non posset facere quod periculum non esset dignum poena aeterna, ideo dico quod non distinguuntur penes reatum. Probatur argumento Doctoris: quia prius non distinguitur per posterius. Potest confirmari: quia remitti culpam non est remitti poenam; ergo nec natura [?ipsa?] peccati consistit in reatu poenae. Antecedens probatur: quia potest remitti culpa, et quod maneat reatus ad poenam licet non ad tantam. Culpa enim si remittitur totaliter remittitur, non tamen tollitur tota poena; ergo. Et confirmatur: Carson dicit quod ita est dignum poena aeterna periculum sicut mendacium, ita quod ex natura sua ita est veniale dignum poena aeterna sicut mortale. Si teneremus hoc [Quaedam incompleta la frase. Hay un espacio en blanco desde la mitad del renglón hasta el fin].

Quantum ad aliud quod dicit Doctor, quod peccatum mortale sit circa finem et veniale circa medium. Impugnat hoc Scotus, ubi supra [in 4, dist. 21], quia furtum est mortale et circa medium et non circa finem, etc. Respondetur ad hoc quod s. Thomas non dixit nisi quod mortale avertit a Deo, non autem veniale, quia illud est contra caritatem et hoc non.

Sed hoc etiam impugnat Scotus, quia fornicatio non videtur esse contra caritatem Dei. Respondetur ad hoc, quod non intelligit contra caritatem id est [in hoc sensu] quod omne mortale sit odium Dei, sed contra amicitiam Dei; ut si amicus incenderet domum amici, licet diligat eum facit contra amicitiam. Et Dominus dicit: Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis [Quandiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Mt. XXV, 40]; ergo si quis peccat contra proximum, facit contra amicitiam Dei, sicut Doctor declarat in 4, dist. 42. Unde accepit etiam Durandus [?], quia etiam in republica [?] ita peccant homines alii graviter, alii venialiter. Unde ipse etiam Doctor Subtilis in 4, dist. 21 ponit distinctionem sancti Thomae inter peccata mortalia et venialia: quia infinita venialia non avertunt a fine et unum mortale avertit. Sed motum [?] est quod praevis est in Scoto: nam postea dicit quod mortale dicitur quia est peccatum contra praeceptum et veniale contra consilium; et ponit exemplum: ut non facere illud quod maxime sibi expedit vel facere aliquid quod est retardativum. Unde dicit quod Adam potuit peccare venialiter.

Sed contra. Facere contra consilium nullum est peccatum; ergo. Patet: I Cor VII [25]: De virginibus praeceptum Domini non habeo: consilium, etc. Et infra [v. 28]: [Et] si nupserit virgo, non peccat [peccavit]. Sed contra. Iste actus: Nolo ingredi religionem, non [est] actus indifferens, et non est bonus cum sit nolitio boni obiecti; ergo est peccatum saltem veniale; ergo venialia sunt contra consilium. Respondetur quod facere contra consilium non est nolitio consilii semper. Non enim est nolitio ingredi religionem si quis ducat uxorem. Ad argumentum: Iste actus: Nolo ingredi religionem, (cum nullus operetur respiciens ad malum) non est peccatum, si dico: ut ducam uxorem vel ut placeam Petro, etiam si melius facerem. Imo est actus meritorius semper si moveatur ex aliquo alio bono honesto, sed non precise quia est contra consilium.

Dubitatur circa eandem differentiam, quod mortale est quod avertit a fine ultimo, etc. Contra. Quia veniale videtur esse etiam contra praeceptum, quia praeceptum de non mentiando, etc. S. Thomas [in] 2, dist. 44, q. 1 dicit quod mortale est contra praeceptum et veniale praeter praeceptum. Iste modus loquendi non placet modernis qui dicunt quod veniale est etiam contra praeceptum. Sed probatur quod melius loquitur s. Thomas. 1.^o autem Magister qui [in *espacio en blanco para la cita*] dicit quod illa definitio (f. 125v) Augustini: Est dictum vel factum, etc. datur solum de mortalibus; ergo. Etiam argumentor: potest quis peccare venialiter et servare praecepta Dei; ergo. Patet, I Io 2 [4]. [Cf. IV, 20]: Si quis dicit quia diligo Deum et mandata eius non servat, mendax est; ergo. E contrario si servat, potest peccare venialiter. Etiam: Dominus dixit iuveni [Mt. XIX, 17]: Si vis ad vitam ingredi, etc. Argumentatur sic: Iste servavit mandata; ergo ingreditur ad vitam; ergo servavit mandata; sed peccavit multoties venialiter; ergo venialia non sunt contra praecepta. Etiam ad Rom. [XIII, 8]: Qui diligit proximum legem implevit. Exemplum. Praeceptum dicendi Horas unicum est. Si tamen dicat quis sero aut negligenter peccaret venialiter: sed non facit contra praeceptum, quia maxime contra illud, sed illud obligat ad mortale; ergo.

Tota intentio Doctoris in hoc articulo non fuit quaerere penes quod differant mortale et veniale, sed an differant specie. Expresse in solutione ad primum dicit quod illa distinctio non est specifica, sed possunt esse [mortale et veniale] eiusdem speciei. Probat: quia, ut dictum est, peccata distinguuntur penes obiecta; sed mortale et veniale possunt esse circa idem obiectum; ergo distinctio non est specifica, etc.

[Lect. 93]. In solutione ad primum. Erat argumentum: Mortale et veniale differant in infinitum; sed inter finitum et infinitum non convenit genere [sic]; ergo. Respondet quod illa gravitas provenit ex parte aversionis et non ex parte conversionis. Differentia autem specifica provenit nequa ex parte conversionis, quia ex obiecto, et obiectum eius[dem] speciei est, ut prius motus in adulterio est eiusdem speciei cum adulterio. Et factus aliquod est veniale, aliquod est mortale, cum tamen obiectum sit eiusdem speciei. Imo etiam inter actus bonos moraliter, elemosyna data a [b] existenti in mortali et ab existenti in gratia, distat in infinitum penes meri-

tum, et tamen obiectum est idem. Etiam: idem est habitus forandi venialiter et mortaliter; ergo et actus.

Sed contra argumentatur: plus differunt veniale furtum et mortale furtum quam fornicatio et furtum; sed fornicatio et furtum differunt specie; ergo. Ad hoc respondeo: Ad maiorem distinguo: quantum ad gravitatem, verum est; sed non quantum ad naturam moralem. Et sic dicit Doctor quod gravitas attendatur ex parte conversionis. Et si illud argumentum procederet, deberemus etiam concedere quod duo furta mortalia differant etiam specie. Probatur: plus differunt furtum unius aurei et furtum centum mille aureorum, quam fornicatio et furtum; sed fornicatio et furtum differunt specie; ergo. Maior est nota, quia plus est furare centum mille semel quam unum decies. Dico ergo quod non valet consequentia.

Faciemus repetitionem, Domino dante, hoc anno de ista materia de distinctione mortalis et venialis, quod est pro confessoribus utilissimum. Ideo relinquamus istam materiam.

II, q. 85, a. 1 Octob. 1000, f. 256v

[Lect. 118]. Coepimus tractare opinionem Gersonis quod stando in lege naturali ista membra non sunt opposita, sed quod de se omne peccatum est dignum poena aeterna, et [quod] non puniatur ita est propter misericordiam Dei. Hoc probat Gerson tribus argumentis: primum, quia de potentia absoluta Dei omne peccatum posset puniri poena aeterna; ergo. Et quod posset non videtur dubium, et adhuc puniret citra condignum; ergo est dignum poena aeterna. Probatur consequentia: quia Deus nihil iniustum potest favere nec posset me punire pro actu bono etiam de potentia absoluta; ergo eodem modo non potest punire peccatum plus quam meretur; sed si[c] potest punire in aeternum unum peccatum veniale; ergo ipsum erit dignum poena aeterna. 2.^o argumentatur: quis secundum sanctum Thomam si illa culpa non remitteretur, profecto puniretur poena aeterna; ergo. Et 3.^o argumentatur: quia peccatum veniale est infinite malum; ergo est mortale de se. Probatur antecedens: quia est maius malum quocumque malo temporali; sed malum temporale potest crescere in infinitum; ergo. Probatur: quia perdere de bonis [?] malum est et perdere vitam [?] peius et mille peius, sed [...] quod morte finiuntur omnia mala temporalia et non est aliud maius morte; sed non licet quis [sic] peccare venialiter propter vitam; ergo. Haec opinio videtur quod sit Lutheri qui idem dicit, quod ex misericordia Dei fit veniale cum esset mortale.

Almagn in Moralibus tr. 3 dicit quod haec opinio est probabilis. Et posset argumentari pro illa melius forte quam suis argumentis. Argumentatur sic: Facere contra praeceptum superioris in quocumque modo est peccatum mortale; sed qui mentitur iocose facit contra. Patet: quin eodem modo praeceptum est Non mentieris sicut Non mechaberis. Sola haec est differentia, quod una est materia levis et alia gravis. Ut si summus Pontifex praeceperet sub praecepto et poena excommunicationis quod letitiae

non portent galeros est res levissima et tamen peccaret mortaliter si contra faceret; ergo mortaliter peccat qui contra facit. Aliqui putant quod haec est opinio sancti Thomae, sed falluntur. Illa non est vera nec probabilis.

Et argumentor contra illam: Quid est dicere quod ex natura sua mendacium est mortale? Non possunt dicere nisi quod ex lege naturali, sicut ignis calidus, vel illud non est intelligibile; ergo idem [?] est dicere quod est ex lege naturali sicut lege divina, quia lex naturalis divina est. Iam vero nullo modo potest dici quod sint duae leges divinae, una quae est ex lege divina naturali, alia ex lege positiva Dei, sicut arguebamur. Dicebant aliqui quod angeli habebant potestatem (f. 257) cognoscendi cogitationes alterius sed quod Deus prohibuit universaliter ne facerent. Ad quid ergo fecit illam legem si sine ulla exceptione prohibetur? Ita in proposito videtur repugnare quod Deus fecit positivam legem quod esset mortale et quod nunquam puniretur ut mortale.

2.^o argumentor: Ego suppono quod nullum est peccatum ita leve quod per multiplicationem possit aequari alteri graviori, sicut centum adulteria vel plura aequabant gravitatem unius homicidii. Hoc supposito argumentatur: sequitur ex opinione Gersonis quod aliqua peccata venialia nunc de lege sunt aliquid gravius et gravius puniuntur quam unum furtum mortale; ergo. Patet consequentia: simul in lege naturali seclusa omni lege positiva; sequitur quod aliquot mendacia sunt aliquid gravius uno mortali; patet ex supposito, quia ex replicatione. Consequens autem est contra omnes Doctores qui dicunt quod infinita venialia non puniuntur ut unum mortale, nec aequabunt ipsum. Patet, quia de lege quod gravius est gravius punitur, et de facto ita est. Non enim est verisimile quod etiam ex misericordia Dei aliquid gravius puniatur levius minus grave. Et sic sequitur quod aliquis damnaretur propter peccata solum venialia. Certe non est verisimile. Et etiam: si hoc est gravius, unde constat tibi quod punitur temporaliter et aliud aeternaliter?

Ad argumenta Gersonis respondetur: ad primum conceditur quod Deus posset punire aeternaliter omnes istos si vellet, sed non pro culpa veniali. Ad tertium [*del 2.^o no hay nada*]: est maius malum quocumque malo temporali concedo, sed sunt diversarum specierum. Et sicut infiniti asini non sunt tam boni sicut unus homo, ita omnia mala temporalia, etc. Ad aliud quod fecimus pro Gersonis: Si praelatus praecipit non portare galeros esset mortale si facerent: et Deus praecipit idem: sed magis servandum est praeceptum Dei; ergo. Ad hoc respondetur 1.^o quod male faciunt praelati ponendo praecepta [gravia] in re levi; et si praecipiat in materia levi, dico quod nunquam erit mortale quantumcumque comminetur in virtute sanctae obediendiae et Spiritus Sancti, etc. Vere est quod subditus non habet iudicare an sit materia levis an gravis. Si non sit ipse peccabit. 2.^o dico quod aliqua materia quae alias est levis potest in casu fieri gravis, ut quod non loquar ne sequatur scandalum aut ne subornet aut pervertat aliquem, etc. Ideo sunt illae leges ad tempus tantum. Lex vero divina est perpetua et esset intolerabile quod per totam vitam non loquerer. Sed Dei lex est universalis et perpetua et esset intolerabilis [sic, pro: intolerabile] quod per totam vitam non mentiretur quis nec iocose sub poena inferni. Nota argumenta (f. 257v)

Contra solutionem ad primum argumentatur Durandus [in] II, dist. 42, q. 6; et impugnat 1^o et vult probare quod divisio in mortale et veniale est divisio generis in suas species. Probat: quia peccatum veniale est simpliciter peccatum sicut mortale. Ad hoc: si in rigore theologiae moralis loquendum esset, non esset concedendum quod veniale est simpliciter peccatum. Patet: quia si quis caveret venialia non vocarent illum peccatorem. Item qui furatur unum denarium non vocatur simpliciter fur, nec adulter qui habet motum primum adulterii solum: si est simpliciter peccatum, in qua specie est? Tenetur dicere quod adulterium est duplex, unum consummatum et aliud imperfectum in primo motu; sed Christus non dixit quod moechatus est, nisi qui videt ad concupiscendum. Ergo improprie dicitur simpliciter peccatum.

Impugnat etiam quod veniale sit praeter legem. Probat quod sit contra: quia est praecceptum contra quod est; ergo. Ad hoc Doctor negat quod veniale sit contra praecceptum. Nam si eius obiectum est praecceptum, ubi est? Non est in Decalogo, ubi ergo? Et certe illi iuveni qui dixit Christo quid faciendo... dixit Christus: Serva mandata. Cui quaerenti quae essent numeravit omnia quae sufficiunt ad salutem. Non secundum argumentum Litterae: Omnia in gloriam Dei facite [I Cor. X, 31]. Quomodo sit intelligendus dicemus infra q. 100, a. 10 ubi quaerit s. Thomas an modus caritatis cadat sub praeccepto. Pro nunc dicitur quod illud est praecceptum affirmativum sicut de dilectione Dei et ideo non obligat ad semper.

Art. 2. Utrum mortale et veniale differant genere, id est an sit aliquod mortale quod sit mortale ex genere vel veniale ex genere

Ponit duos canones egregios ad cognoscendum quando est mortale ex genere an veniale. Primus: cum aliquis actus est contra caritatem Dei aut proximi est mortale ex genere, ut blasphemare, periurare, occidere etc. Unde Apostolus dicit quod in dilectione proximi instauratur tota lex [Rom XIII, 9]. Secundus canon generalis etiam est: Quicquid est malum, quod tamen non est contra caritatem Dei aut proximi non est mortale, ut conditare egregie, bibere, ridere, prodigalitate, mendacium iocosum et officiosum, etc. Sed dicit etiam quod aliquid potest esse mortale ex genere et ex parte agentis potest fieri veniale, ut primus motus adulterii. Et aequo veniale potest fieri mortale ex circumstantia, ut mentiri iocose propter stuprum, etc.

Dubitatur. Primus canon verus quidem de se est, sed de secundo est dubium. Argumentatur sic: Multa praeccepta iuris positivi sunt quae non sunt contra caritatem Dei aut proximi, ut non audire Missam, non ieiunare, non baptizari. Ergo ille canon non est universalis. Propter hoc argumentum aliqui non solum haeticorum sed etiam catholicorum dixerunt aut dubitarunt. Respondetur 1^o quod canon intelligitur in his quae de se mala sunt et non sunt contra caritatem Dei et proximi. Et sic oportet confessores vi-

dere an sit expressum praeceptum in iure positivo. (I. 158) Maledicere, infamare, iam est contra caritatem proximi. 2^o dicitur quod cum est ali- quod praeceptum, facere contra illud est contra caritatem Dei, nam in hoc dicitur probari caritas, [idem de proximo si sit praeceptum.

[Otra duda sobre lo que dice s. Tomás que el venial pasa a mortal si se constituye en él et último fin].

I, II, Q. 72, a. 5 Vat. lat. 4630, f. 203v

Art. 5. An secundum reatum sit distinctio specifica in peccatis

S. Thomas notat: 1^o quod differentia specifica est duplex: uno modo, quod [quae] confert distinctas species rerum, ut rationabilitas. Alia differentia est quae consequitur speciem, ut nigredo in corvo [MS: corbo] regulariter sequitur subiectum corvi. Modo dicit s. Thomas quod differentia specifica attendenda est penes differentiam essentialem. Secunda autem differentia est de per accidens [sic].

Modo sit conclusio negativa: Peccata non distinguuntur specie per reatum. Patet: quia distinctio specifica attenditur per differentiam essentialem; sed peccatum mortale est mortale quia avertit nos a Deo et separat a Deo, veniale autem est veniale quia non avertit nos a caritate Dei; ergo. Tamen accidens consequens peccato mortali est obligatio ad gehennam, ut in corvo nigredo; ergo cum reatus sit sicut accidens, non debent distingui peccata per reatus.

In hoc articulo tanguntur duo. Primum est distinctio peccati mortalis a veniali. Secundum est quod distinctio specifica peccatorum debet attendi penes obiecta. Primum tractatur a Doctoribus in 2, dist. 35. Et ab aliquibus in 4, dist. 21. Unde Scotus in dist. 21, q. 1 ponit modum penes quod [sic: quem] differat mortale a veniali, et dicit quod satis est quod mortale differat a veniali per obligationem ad poenam aeternam. Et 2^o quia mortale avertit nos a Deo et veniale non.

Sed nos ponimus conclusionem, quod non differt veniale a mortali penes istam obligationem ad poenam aeternam. Patet: Nam prius est aliquod peccatum esse veniale quam sit obligatio ad poenam temporalem; ergo. Etiam: prius est mortale quam obligatio ad poenam aeternam. (f. 209) Ergo cum priora non distinguuntur per posteriora, sequitur contra Scotum. Et confirmatur: quia causa quare est iste reatus, est mortale; et quare iste reatus, est veniale; ergo non distinguuntur haec peccata per reatus; ergo. Etiam: ex natura rei. Dato Deus non intelligeret poenam aeternam pro mortali, nihilominus mortale esset mortale et distinctum a veniali; ergo non distinguuntur peccata penes reatus.

Scotistae respondent ad hoc quod verum est quod esset mortale licet non intelligeretur pro eo poena aeterna; tamen non est mortale nisi quia dignum poena aeterna, et veniale quia non est dignum poena aeterna sed

temporali. Sed impugnatur haec solutio. Ratio quia [quare] hoc peccatum est dignum poena aeterna est quia est mortale; et quia est dignum temporali est quia veniale; ergo prius est quod sit mortale quam sit dignum poena aeterna. Ergo dicendum est cum s. Thoma quod mortale differt a veniali penes aversionem a Deo. Et hoc tangit s. Thomas quando dicit quod qui in infirmitate gravi, in infirmitate, etc.

Est tamen unum argumentum. Et capio hominem in peccato mortali iam illi dimissum poena aeterna. Tunc talis homo habet obligationem ad poenam temporalem et tamen non habet culpam; ergo obligatio ad culpam est de per accidens.

Fuit alia opinio communiter circa differentiam peccati mortalis et venialis, quam refert Almain. 3 tract. cap. 20. Et modus dicendi est quod unum peccatum ex se sive ex natura sua est mortale. Et si est aliquod peccatum veniale, vel debetur ei poena temporalis, hoc est ex misericordia Dei. Unde mendacium iocosum ex natura sua est mortale, sed solum pro illo imponitur poena temporalis ex divina misericordia. Et haec opinio est Gersonis. Sed certe hic modus non est tenendus, quia obligatio ad tantam vel tantam poenam non est de essentia culpae; ergo quod culpa sit mortalis vel venialis est [sic; pro : non est] ex divina misericordia. Etiam: lex naturalis invariabilis est; sed isti fatentur peccatum quodcumque secundum legem naturalem est mortale; ergo cum lex naturalis sit invariabilis manet mortale semper mortale, ergo. Etiam: cupio duo peccata alterum mortale et alterum veniale quae sunt solum contra ius divinum pure positivum, vult dicere quod illa non essent peccata nisi quia contra legem positivam. Modo hoc est mortale et illud veniale, non tamen ex natura sua; ergo.

(f. 208v) Standum ergo est in hoc scilicet quod peccatum aliquod est mortale quia avertit a Deo, quia contra ius positivum vel ex natura sua.

Non potest dici quod mortale est contra praecceptum, veniale autem contra consilium, quia omnis culpa est contra legem, ut patet ex definitione peccati.

In hoc articulo tangit s. Thomas differentiam specificam horum peccatorum. Unde sit nostra conclusio: Quod non differunt specie peccatum mortale et veniale. Patet: quia visum est supra quod peccata differunt specie penes obiecta; sed stat quod peccata mortalia et venialia sint circa eadem obiecta; ergo. Patet minor: furari 100 aureos est mortale, sed furari unum depondium non est mortale; ergo ista duo furta non differunt specie. Ita de mendacio iocoso et pernicioso. Et hanc sententiam tenet s. Thomas in hoc articulo ad primum. Et ratio sancti Thomae stat in hoc, quia peccatum est mortale vel veniale ex parte aversionis; sed differentia specifica non debet attendi ex parte aversionis, quia hoc est de per accidens; unde differentia specifica debet attendi ex parte conversionis; ergo cum magnum furtum et parvum sunt conversiones ad similia; ergo non differunt specie. Et probatur ratio sententiae sancti Thomae: magnum et parvum non mutant speciem; ergo cum solum differunt furtum magnum et parvum penes hoc, non differunt specie. Etiam: isti duo furta [sic pro: ista duo furta], alterum mortale et alterum veniale producant eundem ha-

bitum; ergo non differunt specie. Patet antecedens: quia furtum non habet duos habitus; ergo.

Argumentatur tamen contra sanctum Thomam: Magis differunt furtum veniale et mortale, quam differant furtum mortale et adulterium; sed furtum mortale et adulterium differunt specie; ergo. Patet consequentia: plus differunt; ergo. Etiam: maior excessus est furti mortalis supra furtum veniale, quam sit adulterium supra furtum mortale. Respondetur concedendo quod magis differant furtum mortale et veniale quam adulterium et furtum; sed hoc in quantum sunt aversiones. Sed in quantum sunt conversiones magis differunt furtum mortale et adulterium, quia a' obiecta distincta specie. Modo dico quod differentia specifica debet attendi ex parte conversionis. Hinc est quod furtum mortale et veniale non differunt specie. Et ad secundum concedo quod est maior gravitas in mortali ad veniale, sed hoc est impertinens ad differentiam specificam.

(L. 210) Et ex hoc patet quod circumstantiae quae mutant speciem peccati sunt confitendae, sed circumstantias quae non mutant speciem non oportet confiteri. Unde etiam circumstantiae quae aggravant culpam sunt confitendae sive mutant speciem sive non, quia confessio instituta est ad manifestandum culpam.

I. 1^o, q. 88, a. 3. Vat. 4630, l. 261v

Art. 2. Utrum mortale et veniale differant genere

Respondet s. Thomas quod si veniale dicitur illud cuius homo consequitur veniam non differt genere mortale a veniali, quia isto modo tam mortale quam veniale potest remitti. 2.^a conclusio: Loquendo proprie mortale et veniale specie et genere differunt. Patet: mortale est illud quod privat hominem gratia et gloria, veniale autem non; ergo. 2.^a differunt ex obiecto; sed differentia ex obiecto est generica; ergo.

Quantum ad hos articulos est dubium penes quod differunt mortale et veniale. Unde secundum Wyclifitiam [M^s: Vilefistas] quorum errores retulimus in quaestione praecedenti, a. 5, qui negant purgatorium, non differunt. Sed secundum catholicos est differentia, quia mortale est contra amicitiam Dei, veniale autem non. Et haec est potissima differentia. Unde si supieramos euando perdemos la gracia esset nobis notum quando est mortale. Sed quia non scimus quando illam amittimus, inde oritur dubium, quomodo differunt, ut agnoscamus quando est mortale et quando veniale. Est autem regula pro hoc: "Peccatum quod est contra amorem Dei vel proximi est mortale; quod vero non est contra amorem Dei vel proximi est veniale". Et quia videtur nobis ignotum quando est contra amorem Dei vel proximi est alia regula: "Ex verbis legis tam divinae quam humanae possumus hoc cognoscere. Ut quando lex divina vel humana prohibet aliquid, illud agere est contra amorem Dei vel proximi". Unde ad Eph V [5] dicit quod fornicantes, etc. regnum Dei non possidebunt; ergo.

Aliqui Doctores ponunt differentiam inter mortalem et venialem scilicet: "Mortale est contra preceptum, sed veniale est contra consilium" Et de hoc retulimus quando agebamus de diffinitione peccati. Sed certe hic modus dicendi non videtur rationalis. Patet. Nam agere contra consilium non est peccatum. Patet, quia consilium non obligat; ergo agere contra consilium neque est mortale neque veniale. Praeterea, dantur peccata venialia quae videntur esse contra praecepta, ut mendacium iocundum; et tamen mendacium iocundum non est peccatum [mortale]; ergo.

Sed dubitatur utrum sit conveniens differentia inter peccatum mortale et veniale dicere: "Peccatum mortale fit contra praecepta Dei, veniale autem non, sed praeter ordinem legis". Ad quod, videtur esse sententia sancti Thomae in articulo primo huius quaestionis in solutione ad primum quod sic. Et idem tenuit s. Thomas in 2 sent. (l. 262) dist. 42, q. 1. Et Caietanus idem defendit, unde sententia sancti Thomae secundum Caietanum est.

Dicatur veniale esse praeter legem id est praeter intentionem legislatoris. Et haec sententia sancti Thomae potest probari aliquibus rationibus. Nam Matth XIX [16-22] Christus dicit iuveni [MS: servo?] petenti vitam aeternam, ut praecepta et mandata servaret. Ergo ad consequendam vitam aeternam sufficit ut servet omnia mandata; sed venialia non impediunt vitam aeternam; ergo signum est quod venialia non sunt contra praecepta.

Praeterea, ad Rom. XIII [8-10] dicitur: qui proximum diligit totam legem implevit; ergo qui habet amorem proximi totam legem implevit. Tamen stat quod quis diligit proximum et tamen quod habeat peccatum veniale; ergo stat quod impleat totam legem et habeat veniale; ergo cum tota lege stant venialia; ergo venialia non sunt contra legem. Praeterea, Iacobi II [10] dicitur: In uno offendens factus est omnium reus. Sed dato quis committat veniale non impeditur a gratia; ergo stat quod impleat legem dato peccet venialiter; ergo.

Praeterea, qui committit veniale si esset dicendus transgressor non consequeretur gratiam; sed hoc non; ergo. Et confirmatur: sequitur quod sancti viri qui nullum peccatum mortale commisere bene tamen veniale, essent dicendi transgressores legis solum propter veniale; sed hoc non; ergo.

His tamen non obstantibus, Doctores communiter defendunt oppositum, ut Almayn in 3^o tract. suorum Moralium, cap. 23. Et probatur haec opinio communis. Nam si peccatum veniale est contra rectam rationem, quia est peccatum, ergo ad minus est contra legem naturalem, quia recta ratio est circa legem naturalem. 2^o argumentor: Veniale peccatum est contra offensam [sic] Dei; ergo facit contra aliquod praeceptum qui committit veniale.

Praeterea, patet ex diffinitione peccati: Quod est dictum vel factum, etc. Et ibi diffinitur omne peccatum et per consequens dicitur quod est contra legem Dei; ergo. Praeterea: datur veniale quod est de eodem materiali obiecto de quo est mortale, v. g. appetitus concupiscentiae qui est indeliberatus est eiusdem obiecti sicut appetitus concupiscentiae delibera-

tus; ergo. Et confirmatur: **lex alia [sic] prohibet**: Non concupisces uxorem proximi [Dt. V, 21]; **sed iste concupiscit; ergo facit contra legem**; et tamen est **indeliberatus et per consequens veniale**; ergo veniale est contra **praeceptum**.

Nos quantum ad hoc dicimus duo: primum quod videtur a. Thomas loqui conformiter ad sacram Scripturam. Nam Sacra Scriptura non vocat venialia contra praecepta. Secundum quod dicimus est: Videtur probabilius contra Caietanum, quod aliqua peccata venialia sunt contra praecepta. Sed dicimus quod non sunt perfectae transgressiones praeceptorum id est unum mortale scilicet appetitus uxoris proximi deliberatus est transgressio praecepti: sed quando est motus indeliberatus non est praecepti transgressio. (l. 262v) Patet: finis legis est perducere nos ad vitam aeternam; sed venialia non contrariantur ordinationem ad vitam aeternam; ergo. Et sic patet de differentia peccati mortalis et venialis. Dubium est circa conclusionem s. Thomae in 2^o argumento: Quomodo differant mortale et veniale: an differant genere an specie [...].

Dubitatur in quo [?] s. Thomas videtur dicere quod mortale est contra finem, veniale autem contra media. (l. 263r) Et hoc impugnatur communiter. Patet: datur veniale quod est contra finem, ut odium Dei indeliberatum quod est veniale et tamen est contra finem; ergo. Praeterea: nonnulla mortalia sunt contra media ut volitio fornicandi, quod est contra amorem exercite; ergo falsum est dictum sancti Thomae. Respondetur quod mens sancti Thomae est: quod mortale est contra finem non vult dicere quod habet obiectum contra Deum, sed vult dicere quod mortale avertit nos a fine, id est a gloria quae est ordinatio ad finem; sed veniale est circa media, id est non auferit a gloria quae finis est. Sed dicit quod est dispositio ad avertendum nos ab ultimo fine.

Q. 96. De potestate legis humanae.
[...]

Art. 4. Utrum lex humana imponat homini necessitatem in foro conscientiae

Conclusio s. Thomae est quod **lex humana iusta obligat in foro conscientiae**. Patet ex illo Proverb. 8 [15]: **Per me reges regnant**; ergo. Etiam: quia lex humana derivatur a lege aeterna, ex quaestione precedenti. Ergo obligat in foro conscientiae.

2.^a conclusio: Quando lex est iniusta quia est multum onerosa, licet sit de materia licita, tunc non obligat absolute sed: [Tachado: nisi] ad evitandum scandalum. Ut praecipit rex quod solvant subditi aliquid. Si a los pobres agrava esto mucho, tunc bonum est quod solvant porque no los maten o maltraten o aya guerras sobre ello. Et pro hoc allegat s. Thomas illud Matthaei 5 [40]: Qui angariaverit te mille passus, etc.

3.^a conclusio: Si lex est iniusta quia ille qui praecipit non est rex sed tyrannus, tunc talis lex non obligat.

4.^o conclusio : Si lex est iniusta, id est de mala materia, talis lex non obligat, neque licet obedire ei.

(L. 274v) Dubium est in prima conclusione : Utrum lex ecclesiastica obliget in foro conscientiae. Omnes catholici conveniunt in hoc quod sic. Lutherus tamen dicit... [...].

2.^o dubitatur : An lex humana civilis obliget in foro conscientiae. Et sunt rationes pro parte negativa. Nam alias sequeretur quod potestas civilis non differret a potestate ecclesiastica... [...].

(L. 275v) 3.^o dubitatur : Utrum istae leges humanae tam ecclesiasticae quam civiles obligent ad culpam mortalem. Gerson in tractatu de Vita spirituali, lectione 4.^o, ponit duas conclusiones : 1.^o conclusio : Lex humana non potest obligare ad mortale de se, quia nullus homo potest infligere poenas aeternas; ergo nullus potest obligare ad culpam mortalem. Et confirmatur, quia videtur quod hoc soli Deo conveniat, qui est dominus vitae nostrae; ergo.

2.^o conclusio : [Gersonis] : Papa bene potest obligare ad poenas aeternas, sed hoc facit quasi exponens praeceptum divinum. Et ita dicit, quod si aliqua praecepta ecclesiae vel Papae obligant hoc modo est quia illa praecepta non sunt solum humana, sed aliquo modo divina vel quasi exponentia ius divinum. Hanc eandem sententiam tenet Durandus in tract. quem fecit de origine iurisdictionis.

Sed nihilominus contra istos ponimus conclusionem : Potestas humana potest condere legem obligantem ad mortale, licet illa lex sit pure humana et non declarativa iuris divini. Patet : praeceptum de ieiunio est pure humanum et tamen obligat ad mortale. Ergo lex pure humana ad mortale potest obligare. Ita tenet s. Thomas II.II, q. 147, a. 3 et 4. Verum est quod Gerson dicit ad hoc quod si ista praecepta obligant ad mortale sunt declarativa iuris divini. Sed ego quaeram ab illo : Praeceptum de non comedendo carnes feria VI, quod praeceptum declarat? Certe nullum; ergo dicendum est quod communis opinio est mere volunt [!Sic : *quãzã haya que leer* : Verum ad id quod dicit Gerson, quod si ista praecepta obligant ad mortale ex eo est quod sunt declarativa iuris divini, quaeram ab illo : Praeceptum de non comedendo carnes feria VI, quod praeceptum declarat? Certe nullum; ergo dicendum est quod obligant ad mortale, ut tenet communis opinio, et non ut isti volunt].

4.^o dubitatur : Quae praecepta obligant ad mortale et quae praecepta obligant ad veniale. Unde ponimus aliqua dicta : primum est : quod lex obliget ad mortale vel veniale potissime attendendum est ex intentione legislatoris. Unde si est intentio praecipere sub mortali, ad mortale obligat, et si ad veniale obligat ad illud.

(f. 276r) Sit tamen 2.^o conclusio : Non solum attendendum est [sic] intentio legislatoris, sed potius debet attendi materiam legis. Unde si loque manda est multum utile ad rempublicam, ad mortale. Si parum utile, ad veniale. V. g. : quod mendacium perniciosum sit mortale est ex materia; et quod [mendacium] iocosum sit veniale est quia materia est levis. Et sic quidquid legislator intendat obligare, ad materiam est respiciendum et non

ad mentem legislatoris. Sed tamen Deus licet materia sit levis potest obligare ad mortale; pero desto seguros estamos que nu lo hará, quia est magis propitiator quam punitor.

5.^o dubitatur: Utrum lex poenalis obliget ad culpam. [...].

H A R R O N

Quob. Jur. 104) I y II. Cf. ENKLE, ENBEL 2[1929] 330 y

Tiene numeradas Lect. hasta la 58 que termina en el f. 181r. Esta página no está del todo escrita. En blanco aparece f. 183v, parte del 184r y todo el 184v. En el f. 185r sigue el concordario a la q. 32; advierte en nota que nada hay que decir sobre ella y sigue el concordario a la q. 33 en 185v.

[II, q. 72, n.5 Octob 1041 II, f. 230v

Art. quintus.

Vide reatu poenae in seq. q. 87, 1.^o et in 3.^o, an aliquod peccatum inducat reatum poenae aeternae. In solutione an omne [!]. Nota tres conclusiones: 1.^o illa non est differentia essentialis. 2.^o consequitur peccatum. 3.^o quod peccatum avertat a Deo est differentia essentialis ex natura sua a peccato quod ex natura sua non avertit [*Hay tachaduras y añadiduras que hacen difícil una lectura coherente*], infra q. 88, 3 et 5.

[Caietanus in seq. q. 79, 1.^o: peccatum constat ex conversione ad obiectum contrarium aduentu virtutis et ex aversione a lege; ergo veniale est aversio a lege non tamen a fine illius. Idem Caietanus in seq. q. 88, 3.^o].

Vide Caietanum de poenis adiunctis peccato per sanctiones positivas.

In 2.^o controversia cum Scoto, confirmat Caietani doctrinam ex definitione peccati, maxime ex prima et ex dictis supra q. 7), a. 6 maxime in solutione ad quartum.

Deinde quomodo veniale sit contra legem et non contra finem legis, vide Caietanum divinissime in seq. q. 88, 1.^o in fine in solutione ad primum.

Ex quo intelligit Magistrum I, dist. 35, c. 1: definitio Augustini de peccato: Factura. etc. datur de mortali. Videtur ergo secundum Magistrum quod veniale non sit contra legem. Confirmatur, Matth. XIX [17]: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata; sed potest ingredi ad vitam peccando venialiter; ergo illud non est transgressio legis. Confirmatur I Ioann. IV [20]: Si quis dixerit quoniam diligo Deum et fratrem suum oderit, mendax est.

[S. Thomas in seq. q. 74, 9: veniale praeter rationes aeternas].

[Rom. XIII [10]: Plenitudo legis est dilectio. I Tim. I [5]: Finis praecepti est caritas.]

[Caietanus in 1.^o tomo opusculorum, in vol. 27, 9, in q. 21, clare sequitur quod aliquod peccatum est contra praescriptum quod non est mortale.]

Et I Ioann. II [4]: Qui dicit se nosse Deum et mandata eius non custodit, mendax et veritas in eo non est. Qui peccat venialiter custodit mandata Dei; ergo veniale non est transgressio legis. Antecedens patet ex sancto Ioanne: Qui est in caritate servat mandata Dei, ut patet ex secunda Canonica [v. 6]: et hic est caritas ut ambulemus secundum man- (f. 231r) data eius.

[Caietanus ibi S. Thomas, II. II, q. 124, a. 5, secundum: omne mendacium est divinae legi contrarium].

Respondeo ad omnia ex Caietano in illa quaestione 88, a. 1, primum: In lege sunt duo: quod praecipitur, et finis. Mortale est transgressio legis quoad utrumque, veniale autem quoad primum, ut evidentissime probat ibi Caietanus.

Durandus II, dist. 42, q. 6. Etsi disputatio est de nomine, tamen Durandus reprobat sententiam Magistri in II, dist. 35 quod definitio illa: Factum, non intelligitur de originali nec de veniali, et asserit mendacium iocosum non solum esse praeter legem, sed contra legem. Concilia ista ex Caietano supra, nam in ipso articulo Caietanus dicit quod veniale est praeter praecipitum et non contra. Idem dicit in Summa, verbo Peccatum mortale.

In solutione ad secundum vide Caietanum et Capreolum II, dis. 43, q. unica, 3.^o, ad sextum Aureoli. Erat autem argumentum illud tale: Illae differentiae quae ratione generis in infinitum distant et dividunt ens secundum finitum et infinitum, non sunt eiusdem generis; sed aversio et non aversio sunt huiusmodi; ergo.

Respondeo: verum est si illae differentiae dividunt genus; sed aversio et non aversio non dividunt peccatum, ut patet ex doctrina nostri articuli.

[Caietanus II. II, q. 115, a. 2 bis repetit veniale non est contra sed praeter legem Dei... qui de veniali... *[ilegibile]*].

[S. Thomas in seq. q. 78, a. 2 in solutione primi: Venialia sunt malum non simpliciter sed secundum quid].

[Et concilia ista ex Caietano in illa q. 21, supra ad argumentum.]

[Capreolus II, dist. 43, 3.^o ad decimum contra primam conclusionem, veniale est contra legem interiorum [?] citat S. Thomam.]

[Aversio non dat speciem: ita hic in art. 6 ad secundum et 8 in principio in ista quaestione.]

I II, q. 88, a 1 Octob. 1041 II, f. 272v

Nota in exordio quaestionis quomodo mortale et veniale distinguantur, de quo vide in superioribus, q. 72, 5.^o et 73, 1.^o, secundum et in tota [hac] quaestione. Vide controversiam Caietani et Scoti, de qua in superioribus q. 72, 5.^o et 78, 2.^o in solutione prima; et vide quae diximus in illo articulo quinto. Similiter vide controversiam Caietani et Durandi in II, dist. 42, in q. 6 de quo diximus in illa q. 72, a. 5.^o. Vide omnia quae ibi induximus.

[S. Thomas II. II, q. 105, a. 1, primum: veniale non est contra praecipitum, sed praeter].

[Durandus enim asserit mendacium iocorum esse contra dictamen naturalis legis. Vide Caietanum ar. 3: veniale est avercio a lege; non a fine legis, qui est caritas.]

Illā verba litterae: "Peccata autem quae habent inordinationem etc. [circa ea quae sunt ad finem, conservato ordine ad ultimum finem, reparabilia sunt]. Et haec dicuntur venialia", sic expone: Primo advertit (f. 273v) teneri hominem ut recte se habeat circa ultimum finem; 2.^o ut omnia quae facit non sint improprietate illi fini, ut notum est. Quando ergo in actione deordinatur circa illum finem, peccatum mortale est. Ceterum, si actio non sit proportionata illi fini, sed tamen non deordinat hominem circa illum finem, est veniale. Vide S. Thomam II. II, ut habes in margine.

[S. Thomas II. II, q. 148, a. 2, egregie, quomodo in veniali sit deordinatio circa ea quae sunt ad finem. Et supra, q. 72, a. 5, latius.]

Art. secundus.

Nota in illis verbis: "Cum enim..." usque ad illa: "...ut supra habitum est", divinam regulam ad cognoscendum peccatum mortale ex genere et veniale ex genere. Saepissime enim ulitur ex a. Thomas in II. II. Vide illum in quaestione illa 148, a. 2 et in q. 59, a. 4, ubi inducit hunc locum, et in q. 66, a. 6 et in infinitis locis II. II. Vide haec notabile Caietani hic, quod sic explica, quia suboscurum est, ut poteris dicere ex littera ista et ex solutione ad secundum in illo art. 5 in q. 72, contra.

Peccatum veniale et mortale differunt quidem, sed istae differentiae scilicet veniale et mortale non constituentur diversas species peccatorum. Patet: nam furtum veniale et furtum mortale sunt eiusdem speciei. Probo: habent enim idem obiectum. (f. 273v) Igitur differentia essentialis penes quam specificiter distinguuntur veniale et mortale est diversum obiectum. Quando ergo, ut hic habes in littera, peccatum habet pro obiecto id quod caritati repugnat ex natura sua, secundum se, est mortale ex proprio genere; si autem habet pro obiecto aliquid quod secundum se et ex natura sua non repugnat caritati est veniale ex proprio genere, a proprio scilicet obiecto. Igitur, obiectum secundum se repugnans caritati et obiectum secundum se non repugnans illi sunt differentiae specificae intrinsecae constituentes duas species, mortalis et venialis peccati, secundum se.

Conclusio litterae probatur. Conclusio autem litterae quod aliqua sint venialia ex natura sua, aliqua mortalia ex natura sua. Quoad secundam istam partem, satis constat [e] Matth XXV [46]. Similiter Me III [29], ut habes supra q. 87, a. 3, in argumento "Sed contra". Tertius locus ad Gal [V, 19-21] quando Paulus enumerat peccata quae excludunt a regno Dei.

Secunda autem pars, quod aliqua peccata sint venialia probatur auctoritate et ratione. Primus locus: ad Gal II [11]: Vere reprehensibilis erat: illud fait peccatum Petri; non mortale: veniale igitur.

[Minor constat: erit enim confirmatus in gratia, missu Spiritu sancto.]

Secundus locus: Mt XII [31] et Me III [28]. Vide Christianum utrobique: sunt aliqua peccata, ut ex utroque loco constat, quae remittuntur

in futuro saeculo; illa non sunt mortalia, ut patet ex prima parte huius conclusionis; ergo venialia.

(f. 274r) Tertius locus: I Cor VI [9-10] et ad Gal V [19-21], ubi Paulus enumerat quae excludunt a regno Dei. Non enumerat inanem gloriam, de qua II. II., q. 132, a. 3 habes quod sit veniale peccatum. Non enumerat gulam, de qua II. II., q. 148 a. 2 [habes] quod sit veniale peccatum ex genere suo, quia non repugnat caritati.

Haecenus legimus in festo s. Isidori sabbato dominicae 4 quadragesimae anno Domini 1549. Vacavimus autem usque ad feriam 6am infra octavam Paschae postridie s. Marci, in qua die legimus a 4.º isto loco.

Quartus locus est I Cor III [15]: Sunt aliqua peccata quae purgantur in igne et tamen homo salvatur; illa non sunt mortalia; ergo venialia.

Quintus Mt XIX [17]: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata; sed observando mandata peccant aliqui; non mortaliter; ergo venialiter. Minor probatur I Ioannis I [8]. Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus et veritas in nobis non est. Confirmatur Mt XXV. Non damnantur illi pro re levi. Confirmatur Mt VII [3] ubi est sermo de festura et trabe; non potest locus bene intelligi nisi de mortali et veniali.

[Caietanus in 1.º tomo opusculorum in trac. 27, in q. 2], f. 59, col. 4 egregie probat non omne praecceptum obligare ad mortale.]

Difficultas autem est an sit ita sicut asserit Doctor quod aliqua sint venialia ex natura sua vel id [?] solum [?] ex Dei misericordia non imputatur (f. 374r) ad poenam aeternam.

[Como titulo de la página, subrayada] Veniale ex natura sua differt a mortali.

Almain in Moralibus c. 23 citat Gersonem in 2.º parte opinantem quod haec pars sit probabilis "omne peccatum dignum est poena aeterna ex natura sua, sed ex misericordia Dei quaedam puniuntur temporaliter".

[Adrianus in quolibet, q. 6, 2ª in 1ª conclusione]

Haec assertio si non est haeretica, est intolerabilis. Et arguitur prima contra eam argumento ostensivo litterae.

[Vide Magistrum II. dist. 42, c. 5 quid veniale ex Augustino, quod hominem usque in reatum poenae aeternae non gravat, sed tamen meretur poenam quae facile indulgetur.]

Sunt quaedam peccata quae habent pro obiecto id quod non repugnat auiditiae Dei nec hominum. Patet de verbis otioso, inani gloria. Haec negare est constinere Dei atrocitatem ergo homines vitream. 2º sic: Ex lege naturae omne peccatum dignum poena aeterna, et ex lege Dei non omnia; ergo illae leges contrariae inter se, 3º Non potest assignari ratio propter quam unum luctum Deus puniat aeterna poena et non centum venialia quae sunt graviora.

[Huius non potest debita ratio assignari nisi quam s. Thomas infra dicit.]

4.^a Videtur hinc omnia peccata esse paria, quod ostendit Hieronymus adversari Scripturam lib. 2.^a contra Iovinianum. Vide supra, q. 73, a. 2.

5.^a Necessario aliquis damnatur ex natura rei. Probo: quis non potest vitare omnia venialia; de quo supra q. 74, a. 8.

6.^a Teneremur confiteri venialia. Ad idem: quis illud sine notione et auctoritate asseritur et ideo contemni debet. Igitur vide solutionem ad primum, ubi ista egregie explicantur.

[S. Thomas in seq. q. 49, n. 2: veniale per lignum, locum et stipulam significatur I Cor III [12]].

(f. 275r) (Hic nota ex Caietano veniale esse declinationem affectus voluntatis a regula; est igitur veniale aversio a lege, etsi non sit aversio a fine legis. Vide Auctorem in a. 1 huius questionis. Vide quae supra diximus q. 72, a. 5.

De aliis consule Caietanum.

Nota solutionem ad tertium.

I II, q. 96, a. 4 Octob. 1941 II, I, 290v

Art. Quartus.

Nota divinam doctrinam sex conclusionibus distinctam. Primo, ex-pone quid sit lex obligare in conscientia. Respondeo, non est quod transgressor legis sit reus peccati mortalis vel venialis. Probatum: Leges Ordinis sti. Dominici obligant in conscientia et tamen transgressores non sunt reus alicuius peccati, ut patet ex earum prologo; igitur, Maior patet: Non licet religioso eas abicere et contemnere; ergo in conscientia illum obligant, alioquin liceret illi, sicut licet seculari, eas abicere. Igitur hoc primum est legem in conscientia obligare: quod non liceat subdito illam abicere. Confirmatur: qui nollet subici in universum alicui legi superioris peccaret mortaliter; ergo non licet abicere legem superioris; unde etsi lex in particulari non obligaret nisi ad veniale, sed eam abicere est mortale.

Prima conclusio habet veritatem fidei, et est evidens naturali ratione. Petior pars probatur ex divinis litteris. Primus locus: ad Rom XIII (Leges usque ad medium). Secundus: I Petri II, [19], id quod habes in argumento "Sed contra". (Sed lege ibi ab eo loco: Subditi igitur estote [Subiecti igitur estote, v. 13] neque ad eum locum: "sed sicut servi Dei" [v. 16]) Tertius locus: Prov. VIII [15]. Habes in littera; vide Caietanum. (f. 291r)

Confirmat istum sententiam Echius in Enchiridione cap. 12. Similiter Iodocus Chichovensis in Antihuthero sum, c. 10 et 11, in libro primo. Adrianus in Quolibet. q. 6, art. 1 in 2.^a conclusione. Proba ex Paulo et ex Petro.

2.^a pars probatur: Leges humanae sunt necessariae ad salutem rei-publicae; igitur obligant in conscientia. Antecedens habetur supra q. 95, a. 1 et Augustinus I.^o de Lib. arbitr. c. 6. Consequentia probatur: si enim non inducunt obligationem in conscientia non essent necessariae. 2.^a qui agit contra legem humanam, agit contra rationem rectam; ergo peccat.

Patet antecedens: quia agit contra id quod superior iubet, in quibus est illi subditus; ergo contra rectam rationem. 3.^o lex data a Deo obligat in conscientia; sed humana est a Deo, mediate saltem, ut patet ad Rom XIII [1s]. 4.^o filius tenetur legibus patris obedire, ut habes supra, q. 95, a. 3, tertium et patet ad Rom I [30]; parentibus non obedientes; ergo subditus legibus superioris. 5.^o respublica iure naturali habet potestatem gubernandi se; sed non potest sine legibus; ergo leges illae obligant.

Circa id, *leges iniustae non obligant, nisi forte ratione scandali...* [...]

(f. 292r) Circa hoc ipsum quaeritur: An leges humanae possint obligare sub mortali. Respondeo hoc esse certum secundum fidei. Patet ex divina Scriptura. Primus locus Le X [16]: Qui vos spernit me spernit, [quem] inducit Eckius in Eucharidione, c. 12 de humanis constitutionibus. Ita probat Adrianus in Quolibet, q. 6, a. 2. Secundus locus al Rom XIII [2]: Qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt. Prima ratio sumpta ex Paulo ad Rom I [30] (f. 292v) Leges parentum sub mortali filioe obligant; ergo multo magis leges principum sub mortali possunt obligare. Ratio Adriani, ubi supra.

[Deutero, XVII].

Ad idem I Petri II [19]: Prohibemus leges obligare in conscientia, sed conscientiam vocant Apostoli id quod verum tenet salutis, ut habes ad Rom XIV. 2.^o ratio: Civiles leges infligunt poenam capitis; ergo obligant sub mortali. Consequentia probatur: non enim esset dignum ut pro veniali talem infligeret poenam et tantam. Caietanus, Summa, titulo "Interdicti violatio" [dicit duo: primum, ex poenis temporaliibus non arguimus mortale in violentibus interdictum, et si sit maxima inter illas. Secundum, quia solae poenae temporales sic]. 3.^o ratio: Clericum vitare nominatim excommunicatio a participatione in divinis est de iure humano; illud [autem] obligat sub mortali. Patet ex c. Significavit de sententia excommunicationis. Ratio Adriani supra. Capitulum autem hoc exponitur a Caietano in Summa, in verbo "Excommunicatio", c. 58, nam ille incidit in eandem excommunicationem maiorem.

[Ex ista ratione [2^o] videtur haberi quod lex positiva potest sub mortali obligare etiam cum periculo vitae].

Dubium: Sed unde dignosci potest transgressionem istius legis esse reum mortalis peccati, illius autem venialis peccati reum? Unde habemus hanc sub mortali, illam sub veniali obligare?

Prima sententia: Aliqua potest esse lex quae sub nullo obliget peccato. Probatur: consuetudo orandi in vespertino crepusculo non obligat sub culpa aliquis; sed consuetudo est sicuti lex. Patet ex art. 3, q. 97. 2.^o: leges ordinis (f. 293r) sancti Dominici non obligant sub culpa.

3.^o leges poenales non obligant sub peccato, de quo in art. 6 huius questionis. Hanc sententiam sequitur Adrianus in Quolibet, q. 6, art. 2. Verum est quod loquitur quando nulla est causa praecipendi; sed illud est nihil dicere; constat enim tunc illam non esse legem, ut patet ex art. 2, q. 90 et ex art. 3 ibi.

Sit autem primum fundamentum ad illud dignoscendum ex Aristotele in V Eth. c. 7, [quem] inducit Caietanus supra, q. 95, art. 2 in fin. Sic

dicit: *Iustum legitimum* [*iustum legale*] (induxi supra in fine q. 95). Ex quo sequitur legislatorem id quod praecipit collocare in materia talis virtutis. Igitur id quod aliquando erat indifferens, iam pertinet per legem ad aliquam virtutem. Exempla sunt facillima. Confirmatur hoc ex S. Thoma supra, q. 62, a. 1 in argumento "Sed contra": praeccepta dantur de actibus virtutum; igitur quod praecipitur iam est actus virtutis et oppositum pertinet ad vitium contrarium illi virtuti.

[Contra. Ergo omnis qui peccat contra legem humanam, peccat contra legem naturae immediate. Respondetur: ita est quando opus contra legem humanam ex natura sua est malum et oppositum virtuti.]

Secundum fundamentum sumptum ex sancto Thoma, supra q. 83, a. 2 et II. II, q. 59, a. 4, ubi allegat se in illo a. 2.^o, q. 83, in II. II: Lex cuius transgressio repugnat caritati, obligat sub mortali; et idem est: lex praecipiens aliquid (L. 293v) necessarium ad caritatem, sub mortali obligat; si autem non sit ad caritatem necessarium, obligabat sub veniali. Patet: quia nec lex aeterna alio modo obligat sub mortali.

Ex primo fundamento habes quod lex humana in re gravi sub mortali obligat. Patet: violare virtutem in re gravi est mortale; sed qui in re gravi transgreditur legem humanam, est violator alicuius virtutis in re gravi; ergo. De his vide Caietanum in 1.^o Tomo tract. 27 quaest., in q. 21; Adrianum, ubi supra; Sylvestrum in Summa, "Lex", q. 8; Caietanum in Summa, "Praecepti transgressio".

Sed in particulari sit prima regula:

[Caietanus hic.]

Lex aliquid praecipiens aut prohibens sub poena excommunicationis, obligat sub mortali. Sed nota quod lex duobus modis hoc praecipit: primo, sub poena excommunicationis latae sententiae vel ipso facto; et sic transgressor peccat mortaliter et est excommunicatus. Secundo modo, si nihil aliud dicat nisi praecipio hoc sub poena excommunicationis; sic transgressor mortaliter peccat, non tamen est excommunicatus sed est excommunicandus. Primum patet: ille potest excommunicari; ergo mortaliter peccavit. Secundum probatur ex c. Relatum, § Ad hoc, de iure patronatus; et ex c. Clericis, Ne cleri vel monachi. Vide ibi (L. 294r)

Sed adverte quod adhuc non semper verba illa inducunt mortale peccatum. Vide Caietanum in Summa, "Clericorum Peccata", et per omnia sequere quae ibi habes, nam probatur: Ille ante admonitionem non potest excommunicari; ergo ante admonitionem non peccavit mortaliter. Quae doctrina valde est notanda.

[S. Thomas sequitur Archidiaconum in c. Utinam, 76, dist.]

2.^a regula.

[Istud expones ex a. Thoma II. II, q. 147, a. 3, ubi secundum et ex a. 6 in ista questione.]

Lex simplici verbo sancita in re gravi sub mortali obligat; in re levi, sub veniali. Vide Caietanum, ubi supra. Probatur: Lex naturae in re levi non sub mortali obligat; in re autem gravi, sub mortali; ergo eodem modo lex humana. 2.^o ille facit contra dilectionem superioris in re gravi,

[Tertiam regulam confirmet Caietanus hic.] Si lex adducat poenam mortis, obligat sub mortali. Probat^{ur} secunda ratione ad conclusionem illam: quod lex humana potest obligare ad mortale.

[Adde: in re levi non potest obligare sub mortali. Probo: illud esse contra bonum commune, ad minus non ordinatur ad bonum commune.]

De legibus poenalibus dicemus in a. 6 istius questionis.

[Ad hanc difficultatem, Soto I tomo. l. 1, q. 6, a. 4, ult. dub.]

Ultima difficultas: An lex humana obliget cum periculo mortis.

C A N O

Ottob. lat. 1050 I y B. Cl. F. R. P. T. u. Ed. 8 [1929] 325. 333. 338. 351. 352. 360. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500. 501. 502. 503. 504. 505. 506. 507. 508. 509. 510. 511. 512. 513. 514. 515. 516. 517. 518. 519. 520. 521. 522. 523. 524. 525. 526. 527. 528. 529. 530. 531. 532. 533. 534. 535. 536. 537. 538. 539. 540. 541. 542. 543. 544. 545. 546. 547. 548. 549. 550. 551. 552. 553. 554. 555. 556. 557. 558. 559. 560. 561. 562. 563. 564. 565. 566. 567. 568. 569. 570. 571. 572. 573. 574. 575. 576. 577. 578. 579. 580. 581. 582. 583. 584. 585. 586. 587. 588. 589. 590. 591. 592. 593. 594. 595. 596. 597. 598. 599. 600. 601. 602. 603. 604. 605. 606. 607. 608. 609. 610. 611. 612. 613. 614. 615. 616. 617. 618. 619. 620. 621. 622. 623. 624. 625. 626. 627. 628. 629. 630. 631. 632. 633. 634. 635. 636. 637. 638. 639. 640. 641. 642. 643. 644. 645. 646. 647. 648. 649. 650. 651. 652. 653. 654. 655. 656. 657. 658. 659. 660. 661. 662. 663. 664. 665. 666. 667. 668. 669. 670. 671. 672. 673. 674. 675. 676. 677. 678. 679. 680. 681. 682. 683. 684. 685. 686. 687. 688. 689. 690. 691. 692. 693. 694. 695. 696. 697. 698. 699. 700. 701. 702. 703. 704. 705. 706. 707. 708. 709. 710. 711. 712. 713. 714. 715. 716. 717. 718. 719. 720. 721. 722. 723. 724. 725. 726. 727. 728. 729. 730. 731. 732. 733. 734. 735. 736. 737. 738. 739. 740. 741. 742. 743. 744. 745. 746. 747. 748. 749. 750. 751. 752. 753. 754. 755. 756. 757. 758. 759. 760. 761. 762. 763. 764. 765. 766. 767. 768. 769. 770. 771. 772. 773. 774. 775. 776. 777. 778. 779. 780. 781. 782. 783. 784. 785. 786. 787. 788. 789. 790. 791. 792. 793. 794. 795. 796. 797. 798. 799. 800. 801. 802. 803. 804. 805. 806. 807. 808. 809. 810. 811. 812. 813. 814. 815. 816. 817. 818. 819. 820. 821. 822. 823. 824. 825. 826. 827. 828. 829. 830. 831. 832. 833. 834. 835. 836. 837. 838. 839. 840. 841. 842. 843. 844. 845. 846. 847. 848. 849. 850. 851. 852. 853. 854. 855. 856. 857. 858. 859. 860. 861. 862. 863. 864. 865. 866. 867. 868. 869. 870. 871. 872. 873. 874. 875. 876. 877. 878. 879. 880. 881. 882. 883. 884. 885. 886. 887. 888. 889. 890. 891. 892. 893. 894. 895. 896. 897. 898. 899. 900. 901. 902. 903. 904. 905. 906. 907. 908. 909. 910. 911. 912. 913. 914. 915. 916. 917. 918. 919. 920. 921. 922. 923. 924. 925. 926. 927. 928. 929. 930. 931. 932. 933. 934. 935. 936. 937. 938. 939. 940. 941. 942. 943. 944. 945. 946. 947. 948. 949. 950. 951. 952. 953. 954. 955. 956. 957. 958. 959. 960. 961. 962. 963. 964. 965. 966. 967. 968. 969. 970. 971. 972. 973. 974. 975. 976. 977. 978. 979. 980. 981. 982. 983. 984. 985. 986. 987. 988. 989. 990. 991. 992. 993. 994. 995. 996. 997. 998. 999. 1000.

Las lecciones contenidas en el *Ottob. lat. 289* las damos al fin (Anónimo I y II) ya que no creemos puedan atribuirse a él.

I II, q. 72, a. 5 *Ottob. 1050 II, f. 299v.*

Art. 5. An divisio peccatorum in mortale et veniale sit specifica

Ad hoc s. Thomas, suppositis aliquibus, dicit duo: primum quod divisio illa non est per differentias específicas, sed per ea quae consequuntur; nam poena consequitur. Unde divisio per reatum aeternae poenae et temporalis, per differentias específicas non est. Secundum [quod] differentia constituens peccatum veniale et mortale non est poena, sed diversitas inordinationis.

Circa hunc articulum plura essent notanda quae tamen proprius locum in q. 89, a. 1 et etiam 89, ubi est proprius locus. Interim tamen videto Magistrum in II, dist. 42, ubi de hoc tractat. Unde [deinde?] notandum est, quemadmodum q. 87 in III parte diximus, secundum mentem aliquorum peccatum veniale nil aliud esse quam obligatio [sic] ad poenam temporalem (f. 300r) et mortale obligatio ad poenam aeternam; et per hoc distinguebant peccata venialia a mortalibus. Quae opinio adversatur poenae conclusioni hic [huius articuli]. Quam opinionem nos ibi multis argumentis reprobavimus. Et breviter sic sit 1.^a ratio: Quia etsi Deus nullam poenam daturus ob peccatum esset, distinctio inter peccatum veniale et mortale, inter blasphemiam et verbum otiosum esset; ergo poena impertinens est ad distinctionem. 2.^a, quia demeriti incurrant novas culpas in inferno et non induitur reatus novae poenae per illas culpas; ergo. Ultimo etiam, quia tota culpa mortalis per poenitentiam remittitur et manet reatus poenae temporalis; ergo nihil est culpa ipsa quam obligatio ad poenam; alias enim sequeretur

retur quod ex mortali fieret veniale, quia post contritionem magis obnoxius poenae temporali; ergo in veniali maneo (quia veniale nil aliud est quam obligatio ad poenam) cum tamen nullum veniale commiserim.

2.^a Illa loci diximus, quod peccatum mortale et veniale non distinguuntur per reatum ad poenam in veniale et mortale specificè, ut prima conclusio litterae dicit, nec per hoc quod unum, quantum est ex se, est dignum poenae aeternae, aliud temporalis; quia prius est quod hoc obligetur ad culpam, quam quod sit dignum poenae; ergo illa dignitas non est differentia specifica, quia differentia specifica non est posterior. Antecedens patet ex contrario: quia prius est quod hoc fiat opus virtutis quam quod sit dignum premio; ergo culpa, quam poena. Secundo etiam; quia in lumine naturali philosophus cognosceret distinctionem inter leve et grave peccatum, et tamen lumine naturali non attingitur quod grave peccatum est dignum aeternae poenae, quia hoc sola fide habetur; ergo talis reatus non formaliter distinguit.

Ultimo, Scotus in II, dist. 21, adversus secundam conclusionem litterae argumentatur: Nam aliquod peccatum veniale est circa finem [*tachado*: et aliquod circa media]; ergo male dicit s. Thomas quod veniale non est contra finem, sed circa media. Antecedens probatur: quia motus primus et subitus infidelitatis (f. 300v) infidelitatis est veniale et circa finem; ergo. Et etiam mortale aliquando est contra medium, ut patet de fractione ieiunii et homicidium, etc. Videtur quod (bona venia illius dixerim) non intelligit litteram s. Thomae. Nam ipse per hoc quod mortale tollit caritatem ideo contra finem directe dicitur, quia caritatem solvit qua fini adhaeremus; et veniale ideo dicitur quia non privat sine Deo. Unde venialia etsi possunt esse circa finem, non tamen contra, quia non privant sine. Unde etiam peccatum homicidii [*tiene tachada esta palabra y escrita después más claro: omicidio. Esta parte del texto tiene una letra bastante difícil de leer, debida quizá al cansancio del que escribía*] et cum frangitur ieiunium, tunc contra finem agitur etsi immediate contra proximum [*quiere decir, sin duda: contra medium*] sit. Et de hoc vide Doctores in II, dist. 42, ubi communiter omnes adhaerent s. Thomae.

Solutio ad primum est notanda. Circa eam notandum, ut diximus in III p., q. 88: poena duplex est alia sensus alia damni. Et in poena sensus diximus duo posse considerari: secundum quantitatem extensivam et intensivam. 3.^a diximus quod cuiuscumque peccato sive mortali sive veniali debetur poena finita [MS: finitita] intensiva secundum illud: Quantum delectatus est tantum date ei poenas. Ultimo diximus quod poena altera, quae est infinita secundum extensionem, per accidens coniungitur cum peccato veniali; quia qui moritur in mortali et veniali, punitur ab veniale in aeternum per accidens, tantum [MS prob. tamen] propterea quod obiit in mortali, et sic novam displicet ei illa culpa venialis, quare in aeternum punitur. Peccato etiam mortali per accidens coniungitur poena infinita, quia peccato mortali poena finita debetur, sed in infinitum durat. Probatur: quia nunquam ipse satisfacit pro poena debita, non quia est infinita, sed quia nihil valoris dat etiam dignum satisfactionis finitae, quia moneta seu satisfactio illius est nullius valoris. 2.^a quia nunquam poenitet, sed semper complacet: unde quia in aeternum culpa durat, poena in aeternum durat, non quia

debetur infinita; ut hic dicit s. Thomas cum dicit (f. 301r) quod poena est infinita ex parte aversionis et non ex parte conversionis, quia conversioni poena finita debetur. Quia autem aversio est semper a Deo nunquam satisfacet, quia nullius est satisfactio et etiam quia semper complacet in culpa, ut diximus.

Circa solutionem secundam et tertiam Notandum, quod veniale dupliciter contingit: uno modo ex parte imperfectionis actus, ut motus subiti circa infidelitatem et homicidium, etc. quae sunt obiecta de se mortalia. 2.^o contingit veniale ex parte obiecti, quando obiectum est parvum, etsi deliberatio sit plena, ut quando [quis] statuit deliberate calamum furare. 3.^o peccatum veniale dicitur ex obiecto proprio, ut verbum iocosum. Et haec sunt venialia ex genere; alia vero ex genere mortalia sunt ex genere [sic], quia obiecta ex sua ratione mortalia faciunt, nisi propter imperfectionem actus; nam furtum parvum et magnum in eodem genere sunt.

C U E V A S

Orig. lat. 1690 II. Véase Caso, donde puede encontrarse la descripción de este MS.

Q. 96 De potestate legis humanae f. 371r.

Art. 1. An lex humana imponat necessitatem in foro conscientiae.

Ergo de obligatione legis humanae... f. 371e

Dubium 1 primo est: An lex humana ecclesiastica obliget ad culpam [f. 371r].

Dubium 2 est: de lege civili [f. 372r].

Dubium 3 est: An lex humana al habeat (virtutem scilicet obligandi ad culpam) ex vi humanae potestatis an vero divinae [*Sobre la opinión de Gerson: la ley humana no es más que declarativa de la divina.* f. 373r].

Dubium 4 est: An lex humana obligare possit ad mortale [f. 373v].

Dubium 5 est: Quando ad veniale quando vero ad mortale lex humana obliget [f. 374r].

7 dubium est: An lex humana obliget cum periculo mortis [f. 374v].

8 dubium est: An leges humanae obligent in foro conscientiae quando poenales sunt [f. 375v].

9 dubium est: An haec poena legis sit reddenda in conscientia absque condemnatione [f. 375v].

10 dubium est: An de facto ita sit quod aliqua lex obliget ad poenam exolvendam ante condemnationem [f. 377v].

11 *dubium est* : De legibus a magnatibus constitutis circa nemora, etc. [f. 377v].

12 *dubium est* : Quid dicendum sit de lege poenali circa vectigalia [f. 378r].

Ultimo est *Dubium* : De lege tyranni : An illi obedientium sit [f. 378v].

I II, q. 96, a. 4 Ottob 1050 II, f. 373v

4 *Dubium est* : An lex humana obligare possit ad mortale.

Sylvester, verbo "Lex", § 8 et 10 ponit sententiam canonistarum, scilicet quod (f. 374r) quod lex humana ad veniale solum obligat nisi propter contemptum vel ex consuetudine. [Sic] Cui subscribit Summa Angelica verbo "Inobedientia" et ascribit eam Beato Bernardo in libro II de Praecepto et Dispensatione; et putat esse sententiam Henrici Gandavensis, Quolib. 19. Sylvester vero ubi supra et verbo "Praeceptum" § 2, contrarium tenet imo quod ad mortale obligare potest. Et idem habet hic S. Thomas et Caietanus. Denique est communis omnium theologorum in III, dist. 37 et ubi in primo [dubio?] diximus. Quae potest ex illo ad Rom XIII [2] ipse damnationem sibi acquirit, etc. Et patet ratio : quia lex ieiunii, secluso contemptu, obligat ad mortale; alias vana esset; et lex de confessione annua, etc. Ultimo etiam : quia leges humanae multoties sunt circa res graves quorum transgressio maximum infert detrimentum proximo et etiam quia ponit actum in specie iustitiae in magna quantitate, ut patet de lege : ut frumentum tali pretio vendatur, etc.; ergo.

Non tamen semper lex humana ad mortale obligat : quia nec lex divina; nam est lex divina de verbo otioso non proferendo. Et etiam : quia multoties transgressio legis humanae parvum aut nullum detrimentum causat proximo. Haec Caietanus [in] tomo [MS: thomo] 2 opusculorum, q. 21. De obligatione praeepti.

Quintum dubium est : Quando ad veniale, quando vero ad mortale lex humana obliget [MS: obliget, lo mismo vulesse u repetir más tarde: obliquoer].

Sylvester verbo "Lex" § 8 et 17, et verbo "Obedientia" et verbo "Ieiunium", multa recitat nec tamen quid bene statuit. Ponit duas opiniones iuristarum : Prima, quod obligatio legis ad peccatum ex voluntate legislatoris oritur. Haec opinio apud me falsa est : quia [1.º] si legislator habeat animum obligandi me ad mortale pro re minima, nullo modo obligarer. 2.º etiam nunquam constaret nobis de obligatione legis, quia nec de animo principis constat. 3.º quia postquam lex semel lata est in re gravi ut ad mortale obligare possit, non est in potestate principis quod non obliget.

[Otra letra] [Sed hoc non probat sicut nec in argumento sequenti].

Ultimo, quia [tachado fuertemente en el texto] etsi animus Papae mutaretur in lege de ieiunio, nihilominus sub mortali ieiunare teneremur.

Secunda opinio est quod talis ratio obligandi ad peccatum constat ex verbis et tenore ipsius legis (f. 375v) et si habetur in lege poena excom-

municationis; item si dicatur: Praecipimus, Mandamus, Stricte iubemus, etc. tunc videtur lex ad mortale obligare. Si vero aliis [utitur] verbis, ut Volumus, Ordinamus, Statuimus, Desideramus, etc. tunc solum ad veniale. Sed haec opinio non minus quam prima falsa est. 1.º quia lex ieiunii ad mortale obligat, non tamen sub verbo anathematis vel Praecipimus statuitur. 2.º etiam, quia si quid levissimum praeciperetur etiam sub quocumque verbo ad mortale, non obligaret. 3.º quia etiam si in lege Evangelii sub verbo Praecipimus, etc. prohibeatur verbum otiosum, ad mortale non obligaret.

Igitur respondetur quod obligativum ad mortale vel veniale ex materia legis pensanda est, nempe si fuerit gravis vel levis; et penes hoc obligatio peccati accipienda est. Hanc regulam ponit Caietanus in opusculo supra allegato.

Alii sub aliis verbis eandem constituunt regulam, ut si contra legem venire est contra caritatem Dei vel proximi, tunc est mortale. Et sic si in Hispania esset lex de non vehendo ex regno triticum et in regno esset magna penuria itaque detrimentum reciperetur regnum ex conventionem [1] legis, tunc mortale peccatum esset.

Nihilominus aliquando verba ipsius legis expriment obligationem, ut si lex ponatur sub anathemate; non tamen est regula certa, ut diximus. Et etiam si inter legislatorem et populum pactus interveniat. Lex ex pacto potest ad culpam non obligare, ut patet in nostris constitutionibus.

Sed adversus ista facit: Quia sententia excommunicationis aliquando fertur in rem levissimum et obligat ad mortale: ergo. Videtur quod sententia excommunicationis semper timenda est; tamen si de levitate peccati constiterit, non obligaret.

2.º argumentatur: quia multoties praelati de re levissima praecepta ponunt, ut quod non transgrediaris talem viam vel ne ab arbore pomum accipias vel ficum, etc. Videtur quod etsi ista de se sint levissima, obligant tamen quia semper ordinantur ad rem gravem: quod semper sibi in animum inducere debet subditus, maxime si praelatus sit universaliter prudens.

D. S O T O

Ordo. lat. 782. Cf. Virella. Estel 3(1929): 179. 305 ss. (310).

La letra con que está escrito el comentario desde la q. 90 termina en el folio 219v (comentario a la q. 100, n. 11). En la parte inferior de esta página hay unas púterolas de otras materias. En el f. 220r comienza otra letra, pero las correcciones poseen de la misma letra que la de los folios precedentes.

Transcribimos también la que en el manuscrito se encuentra tachada porque creemos que tiene su importancia para un cabal conocimiento del texto y de su calidad de autógrafo.

I II, q. 88, a 2 Octob. 782, l. 233r

De differentia inter mortale et veniale.

[Subie el primer artículo trae Cuyetano dos dudas; 1.^a sobre lo que Escoto dice contra S. Tomás de que el venial es tal porque no ofende el principio...

2.^a de Dazaña: que el venial es absoluto pecado, i. e. sin relación al mortal. Vide illum [Cuyetano] q. responde optimo. El accidente puede considerarse en cuanto ens y en cuanto accidentis, in ordine ad substantialia: así el pecado venial...

Si el pecado venial es contra la ley o precepto, Responde como Cuyetano, a quien se refiere: si la ley se toma in sensu lato, et contra la ley; si stricte, no. Y en este sentido dice S. Tomás y los Doctores que no es contra la ley, sed propter et circa legem.]

(L. 233v) Et ratio est quia est contra caritatem Dei aut proximi. Et isto modo loquendi de lege et praecepto intelligitur illa definitio Augustini: Peccatum est dictum vel factum vel concupitum contra legem aeternam. Potest tamen extendi ad veniale sicut ad originale, ut diximus q. 71. Vide ibi.

Dubium est: an sit peccatum veniale [contra Lutero] [...]

Dubium est an haec differentia inter veniale et mortale sit ex natura rei vel potius ex voluntate divina. Nam ad servandam fidem satis esse videtur quod Deus ex misericordia divina voluerit quod aliqua essent peccata mortalia, per quae perderentur virtutes et caritas et alia essent venialia quibus non amitteretur caritas; sed ex natura rei omnia esse peccata [?potius?] mortalia. Ad hoc quidam dicunt ex Doctoribus quod omnia peccata tam venialia, quae nos modo dicimus venialia, quam ea quae appellamus mortalia, sunt ex natura rei peccata mortalia. Itaque verbum iocosum seu mendacium officiosum ex natura rei est peccatum mortale et poterat Deus pro illo infligere aeternam poenam perpetrantibus illud. Et probant: quia Deus punit citra condignum; sed tamen modo punit poena temporali; ergo poterat iuste punire pro peccato veniali aliquem poena perpetua; alias non puniret citra condignum. 2.^o dicit s. Thomas quod si veniale sit cum mortali puniretur perpetuo; ergo etsi solum esset, sine mortali, poterat puniri iuste poena aeterna. 3.^o malum culpae est maius malum malo quocumque poenali; ergo Deus iustissime potuit punire peccatum veniale poena perpetua. Antecedens probatur: quia nullus potest committere peccatum veniale ad vitandum quodcumque malum poenae. Itaque si esset necessarium eligere alterum duorum aut dicere mendacium iocosum aut eligere pati poenam sensus etiam aeternam, potius esset eligenda poena aeterna ubi mera et sola poena sine culpa, quam peccatum veniale. Haec sententia tribuitur Gersoni. Ego tamen non inveni in quo loco haberet hanc sententiam ut alii, ut quidam qui scripsit contra Lutheranos. At vero haec sententia est multum falsa et magnam ansam lutheranis praebet. Quia si omnia sunt ex natura rei peccata mortalia, cum non videamus hanc indulgentiam fac-

tam in sacris Litteris, sequitur quod manerent adhuc mortalia, quod est haereticum. 2.^o ea quae sunt talia secundum naturam rei, non sunt mutata per legem divinam positivam, ut patet: quia nullum peccatum mortale ex natura rei est factum veniale per legem; ergo, etc. 3.^o si angelus ex natura rei posset cognoscere cognitiones hominum, Deus non posuisset legem universalem ut omnes in universum angeli non possent cognoscere cogitationes hominum; ergo si lege omnia venialia sunt mortalia ex natura rei, sequitur quod Deus non fecisset quod omnia esse venialia. Item probatur quod ex natura rei non sit mortale: quia peccatum mortale est quod ex natura ipsius rei corrumpit principium vitae; ergo non omne [peccatum] est mortale ex natura rei. Maior evidens est; et minor probatur: quia non omne peccatum veniale avertit ex natura rei homines a Deo perfecte et convertit ad creaturam perfecte, ut constat. Confirmatur: quum caritas christiana est quaedam amicitia inter Deum et hominem, argumentatur sic: Non omnis offensa inter veros amicos ex corde, inter patrem et filium, inter cives alienius civitatis et principem suum, destruit amicitiam; ergo neque omnis offensa destruet amicitiam inter Deum et hominem. Antecedens est notum quum aliter esse contra rationem naturalem quod amicum dissolveret amicitiam alterius propter minimam offensam, et pater extra domum et amicitiam paternam expelleret filium et puniret perpetuo propter minimam offensam filii. Consequentia probatur, quum Deus pronior est ad misericordiam et servandam amicitiam quam homines.

Ad argumenta dicitur [l.^o] quod illa ut multum probarent quod Deus posset punire peccatum veniale perpetuo, non tamen probarent, neque probare possunt quod culpa sit mortalis ex natura rei ita quod averteret a Deo et converteret ad creaturam. (l. 254r) 2.^o dico quod illa non probant quod ex natura rei debeat poena perpetua: quia non est iustum quod ille qui non rumpit amicitiam, sed tantum parvam commisit offensam puniatur perpetuo ab alio amico. Unde ad illam maximam: "Deus punit citra condignum", dico quod intelligitur in proprio genere, ita quod posset dare maiorem poenam temporalem iustissime quam modo dat, non tamen quod peccato veniali debeat poena perpetua, sicut diximus de peccato in q. 87, quod Deus posset punire peccatum mortale magis quam modo punit; ergo, etc.

Ad aliam: quod Deus est infinitus, et peccato veniali offenditur infinitus; ergo. Ad hoc respondetur quod offenditur infinitus, finite tamen et non infinite.

Ad aliam quod peccatum veniale quando est cum mortali punitur perpetuo. Respondetur quod hoc est per accidens, quia non habet unde possit remitti culpa in illo.

Est tamen argumentum difficile: ponamus hominem in puris naturalibus et peccet venialiter et moriatur in peccato illo veniali; tunc ille perpetuo puniretur. Probatur antecedens: quia ille non habet gratiam ex natura rei neque potest habere ac proinde non habet unde peccatum remittatur veniale; ergo ex se debetur peccato veniali perpetua poena, quia peccatum veniale est naturale et non supernaturale, ac proinde non habet per se unde subire possit peccatum veniale. Ad hoc argumentum dicemus quae-

tione sequenti articulo quinto. Sed modo dicimus quod homo relictus in puris naturalibus habet multas difficultates et Deus provideret quomodo ille satisfaceret pro illo peccato, quum certissimum est quod illud veniale non compert amicitiam divinam ac proinde nec perpetuo deberet puniri pot se.

Ad tertium argumentum responderetur quod licet maius malum sit culpa quam poena, quia propter culpam debetur poena, debet poena proportionari culpae. Et cum culpa sit venialis et non tollens amicitiam Dei non debet puniri poena perpetua. 2.º dico quod in genere poena maius malum est quam in genere culpae culpa venialis, quum in genere poenae poena venialis est ultimum malum, in ratione vero culpae culpa venialis est minimum malum. Et ideo non est rationi consonum, quod minimum malum in genere culpae puniatur maximo malo in ratione poenae, quum poena debeat proportionari culpae. Hinc est quod qui provocat aliquem ad peccandum venialiter non peccat mortaliter; et tamen peccaret mortaliter si provocaret aliquem ad perdendum omnia bona sua temporalia, licet sit maius malum culpa quam bonum temporale. Item, maius malum faceret qui me faceret peccare venialiter quam qui mihi [sic] decem aureos furaretur. Et tamen qui huiusmodi furta committeret peccaret mortaliter et non ille qui me faceret peccare venialiter, quia sunt diversorum generum mala.

Illud argumentum de homine in puris naturalibus aliquam ingerit difficultatem. Unde dico quod si aliquis diceret quod homo in puris naturalibus constitutus et peccans solum venialiter puniretur perpetuo pro illo veniali quis non habet unde solvat, dicit quod rem probabilem diceret et non esset error. Vide de hoc in III p. q. 87, ubi agitur de remissione venialis.

II, q. 96, a-4 Octob. 782, f. 202r

Utrum lex humana imponat necessitatem in foro conscientiae

[*Sobre la ley eclesiástica en la forma afirmo que no obliga. Contra la ley civil hay argumentos en contrario. Prueba la conclusión de s. Tomás. (f. 203r). En el f. 203v (lect. 13) habla de la sentencia de Gersón y Almain y termina diciendo que no hay que distinguir, en este aspecto, la potestad civil de la eclesiástica. Acaba esta cuestión con estas palabras:]*

Et ideo nos dicimus quod licet princeps secularis non habeat immediatam potestatem in poenam aeternam, tamen mediate habet, quia potest constituere actus in specie virtutis et per consequens faciendi quod oppositum sit malum morale. Et quia Deus est universalis gubernator habet curam premiandi omnia bona et puniendi omnia mala. [*Tachado: quomodocumque sint bona.*]

Sed tunc est dubium. Utrum semper lex principis obliget ad mortale vel aliquando ad veniale et in quo cognoscendum est, utrum hoc dependeat ex voluntate principis obligandi ad tantam vel tantam culpam. Et utrum possit facere legem non obligantem ad aliquam culpam.

Ad hoc respondetur per propositiones.

Prima. Potest princeps (l. 204) facere legem quae nullo modo obliget ad culpam. Hoc patet, quia tales leges sunt in Ordine nostro. Et tota communitas potest facere talem legem, puta convenire quod qui fecerit hoc solvat hoc, explicando quod non sit lex obligans ad culpam. [Tachado: 2.^a propositio: Et faciat talem legem debet hoc ex].

Sed tunc est argumentum superius: Videtur quod nulla lex obliget ad culpam propterea quod rex potest ita facere et legis sunt interpretandae in meliorem partem.

Respondetur per Secundam Propositionem: quod nisi rex explicet quod non obliget ad culpam, lex ipsa ex natura sua habet obligare ad culpam, sine alia expressione. Et in hoc fallitur etiam Caietanus in materia de ieiunio faciens argumentum quod ieiunium non obligat ad mortale, quia lex non explicat. Et non videt quod leges non explicant culpam aliquam, sed ex hoc quod statuuntur sunt obligatoriae. [nisi explicetur oppositum, ut in nostris constitutionibus explicatur, non obligant ad culpam. Et Summa Angelica verbo "Inobedientia", refert Henricum Gaudavensem in III, q. 22 dicentem: si lex explicat naturam praecepti et praeterea subiungit poenam, Praecipimus hoc, et qui non fecerit solvat hoc, tunc obligat ad culpam et poenam; si tamen non dicat nisi: Qui fecerit solvat hoc, tunc solum obligat ad poenam. Et ita fere tenent Summistae.]

Sed tunc est dubium: In quo cognoscemus quando lex obligat ad mortale vel ad veniale. Opinio quae circumfertur inter canonistas est quod quando princeps facit legem sub poena temporali signum est quod non obligat ad culpam, quia Deus non punit his in idipsum. [Tachado: Non vidi apud aliquem auctorem, sed ita audivi viva voce].

[Nota. Se ve que después encontré la cita de la Summa Angelica por lo que tachó esta frase y añadió la cita al margen].

Est nihilominus 2.^a [sic] propositio: Quod illud non est certum signum; imo profecto quanto gravior poena iniungitur, tanto est signum gravioris culpae. Sicut pro homicidio quante sit ex insidiis maior poena infligitur, quia est maior culpa. Et pro haeresi, minor poena. Et Caietanus hic sentit quod poena capitis non debet imponi nisi pro gravissima culpa mortali.

Est ergo 3.^a propositio: Quod ad cognoscendum quando est mortale et quando veniale in lege civili est eadem regla [sic] sicut in ecclesiastica et in divina et in naturali. Videte quanti refert illud bonum ad quod ordinatur: si multum refert, erit mortale, et si parum, veniale; v. g., laborat regnum penuria frumenti quod est gravissimum damnum; sit lex sub poena capitis quod nullus transvehat frumentum extra regnum. Certe esset mortale facere oppositum. Sunt hostes ad portam urbis: praecipit rex sub poena capitis sumere arma. Certe esset mortale non sumere. Sed praecipit non

equitare mulas, non induere sericum; parva refert, est veniale. Itaque non est in potestate regis obligare ad mortale vel veniale, sed relinquendum est naturae rei.

Et ita est in iure divino. Non prohibuit Deus homicidium sub mortali et mendacium sub veniali, sed prohibuit utrumque; et quia unum est grave malum est mortale, et quia aliud est leve, est veniale.

Est tamen quarta propositio: Quod in hoc est differentia inter potestatem civilem et ecclesiasticam: quia saecularis non potest declarare quando est mortale et quando veniale, quia non est iudex spiritualium; Papa vero sic. Eo ipso quod praecipit sub poena excommunicationis, determinat quod est mortale, et si praecipit in virtute sanctae obedientiae sub praeecepto. Et in religionibus ad tollenda ista dubia determinatur quod non intelligatur materia mortalis in obedientia nisi quando exprimitur sub praeecepto.

[Lec. 14] **Ultimum dubium est quod hic movet dominus Caietanus. Utrum lex humana possit obligare ad mortale non obstante periculo mortis...**

S O T O M A Y O R

Vat. lat. 4634. Cf. *Nuxar, EstEd* 2 [1929] 443.

La doctrina y exposición presenta grandes analogías con la de Victoria contenidas en el *Utub. lat.* 1000 y con la de Soto.

Más notable es aún el eco de estas lecciones en la obra de Medina. Puede confrontarse, por ejemplo, lo que se dice en el f. 289v (q. 72, a. 3) con la p. 373 de la obra de Medina. F. 391v (q. 88, n. 1) con las pp. 461s. de Medina, etc.

Los ff. 288 y el 393 están perforados; no nos ha sido posible restituir el texto.

I II, 72, a.5 Vat. 4634, f. 287r

An divisio peccatorum, quae est secundum reatum, diversificet speciem

Hic articulus movetur propter celebrem (f. 287v) illam divisionem peccati in veniale et mortale.

1.^a conclusio: Reatus poenae aeternae et obligatio ad poenam temporalem non possunt distinguere peccatum secundum speciem.

2.^a conclusio: Reatus poenae aeternae et temporalis multoties reperitur in peccatis specie distinctis, aliquando in peccatis eiusdem speciei.

3.^a conclusio: Peccatum mortale et veniale per se distinguuntur in aversione et inordinatione et deformitate quam incurrit peccator peccando contra legem Dei et contra humanam rationem.

Circa hanc questionem nota quod de hac materia disputant Doctores in II, dist. 24; alii, dist. 35; alii, dist. 21. Et etiam in IV, dist. 21. Et sanctus Doctor infra q. 88 et 89. Modo autem sicut aliqua dicenda circa hanc rem, quae difficilis et optima est.

1.^o nota, quod peccatum mortale non distinguitur in hoc quod mortale nos addicat poenae aeternae, veniale vero poenae temporali, quoniam, ut optime docet s. Doctor, prius natura aliquid est mortale aut veniale peccatum et deinde consequitur obligatio ad aeternam aut temporalem poenam. Ex quo colligitur quod si Deus (cui [sic] interest punire ista peccata diversis poenis) statuisset nullam poenam infligere peccatoribus, nihilominus tamen peccatum mortale et veniale tum [?] distinguerentur sicut et modo quum est poena et supplicium singulis peccatis taxatum [...]. Hoc etiam patet, quoniam remissa culpa per poenitentiam, superest obligatio quaerendi ad poenam; ergo poena est effectus culpae.

Sequitur etiam quod essentia peccati mortalis et venialis non est hominem esse dignum maiori (l. 288) vel minori poena; quoniam dignitas ad poenam est effectus culpae: quia peccat aliquis mortaliter fit dignus poena aeterna, et quia venialiter fit dignus poena temporali. Et probatur insuper: quia remissa culpa per poenitentiam superest obligatio ad poenam; ergo haec dignitas ad poenam effectus est peccati.

2.^o nota, quod mortale et veniale peccatum non differunt essentialiter ex eo quod mortale est contra ultimum finem, veniale vero contra media ad finem. Probatur: quoniam circa ultimum finem reperiuntur peccata mortalia et venialia, et etiam circa media. V. c. infidelitas deliberata est peccatum mortale circa ultimum finem; sed infidelitas, motus indeliberatus [...] secundo primus est peccatum veniale etiam [...] ultimum finem. Similiter circa media est, itemque [...] furtum aut homicidium sunt mortalia peccata circa media ad finem, et verbum iocosum etiam est veniale circa media.

3.^o nota, quod distinctio horum peccatorum non sumitur ex eo quod mortale est contra praeceptum, veniale vero contra consilium. Quam distinctionem ponit Scotus in II, dist. 33, q. 1, et Gabriel ibidem, dist. 22. Quod tamen est falsum. Probatur: Ducere uxorem est contra consilium de tuenda virginitate; tamen esset error dicere quod ducere uxorem est peccatum; ergo. Item probatur ex I ad Cor VII [25]: De virginibus autem praeceptum Domini non habeo, consilium autem do. Et infra: [v. 28] Si... acceperis uxorem non peccasti; ergo non est peccatum facere contra consilium. Item probatur: Mendacium iocosum aut officiosum est peccatum veniale; tamen non est contra consilium, sed quia [sic] est praeceptum (l. 288v) de non mentiundo. Item furari rem minimam est veniale peccatum, non quia est contra consilium, sed quia est contra praeceptum; ergo.

Sed pro Scoto est argumentum: Nulle intrare religionem, aut nolle audire Missam in die profesto. Isti actus nullam bonitatem habent ex obiecto, et tamen in via [ut ait] s. Doctor, nullus est actus indifferens; ergo sunt mali; et non habent aliam qualitatem nisi quia per istos actus refutamus consilia; ergo peccatum veniale est facere contra consilia. Respondetur quod isti actus ex obiecto, secundum suam speciem indifferentes sunt, tamen in particulari et in singulari reperi [?] sunt boni aut mali ex fine et aliis cir-

cumstantiis, v. g., si quis nolit audire Missam in die profesto ut [*ilegibile*: prob: assistat] argrotum, ...) et bona volitio est. Et si nolit quis intrare religionem, quia ducere uxorem commodius illi videtur, bona volitio est; si autem praestituerit sibi melius sitis illi actus mali redderentur.

Ex his autem colligitur quod essentialis definitio (?) et tota ratio peccati mortalis consistit in eo quod habeat perfectam aversionem a vero fine, et quantum in se est quodam modo illum destruit. Et ita peccatum istud corrumpit caritatem et vitam, quare mortale nuncupatur. Veniale vero peccatum habet levem aversionem, in qua, conservato ultimo fine et caritate, degeneramus in minoribus rebus a lege Dei. Et hoc est quod sapienter docent theologi, quod peccatum mortale est contra legem, veniale vero est praeter legem et habet levem aversionem.

Sed illud grave: An iste modus loquendi theologorum (f. 289) sit genuinus, an etiam dicendum sit peccatum veniale esse contra mandatum. Ad hoc s. Doctor in II, dist. 42, q. 1, a. 3 et infra q. 88, a. 1 dicit peccatum veniale non esse contra, sed praeter legem. Unde colligitur quod praefata definitio peccati Augustini: Peccatum est dictum, factum, etc. proprie convenit peccatis mortalibus, venialibus vero quadam tenui ratione. Idem dicit Magister in II, dist. 35.

At vero Durandus in II, dist. 42, q. 6 expresse dicit contra conclusiones, scilicet quod tam mortale quam veniale est divisio generis in suas species; ergo. Si vero peccatum veniale secundum quid esset contra legem, illa divisio esset analogi in sua analogata. Respondeo tamen quod Durandus fallitur. Omnes enim Doctores docent quod mortale peccatum est contra legem, veniale vero praeter legem. Et hoc probatur Matth XIX [17] ubi dicitur: Si vis ad vitam ingredi conserva mandata. Qui autem solum venialiter peccat est in statu ingrediendi in vitam; ergo servat mandata; ergo peccatum veniale non est contra legem Dei, sed praeter legem. Et I Ioann II [4]: Si quis dixerit diligo Deum et mandata eius non observat, mendax est. Sed qui tantum est in peccato veniali diligit Deum vere; ergo implet legem; ergo non fuit contra legem.

Item veniale peccatum non est contra amicitiam vel caritatem; ergo non est contra legem. Antecedens est notum, quoniam in hoc distinguitur veniale a mortali, quod mortale dissipat amicitiam (f. 289v) am, veniale vero non dissipat. Consequentia probatur: quoniam finis totius legis et omnium mandatorum est amicitia erga Deum, iuxta illud I ad Tim I [5]: Finis praecepti est caritas, etc. Qui solvit horas negligenter non facit contra legem, sed praeter legem. Et rursus: qui implet praeceptum audiendi Missam negligenter, non dicitur transgredi praeceptum.

Sed probat Durandus suam sententiam: Sequitur aliter quod veniale peccatum non sit vere et proprie peccatum, sed secundum quid; consequens est falsum.

Caietanus, infra q. 88, a. 1, concedit consequens, quod secundum quid est dicendum veniale peccatum. Et Durandus hoc ipsum docet de peccatis venialibus quae contingunt ex deliberatione minus plena, ut motus infidelitatis secundo primus non plene deliberatus. Et ratio est: Homo habens liberum arbitrium est dominus suorum actuum propter plenam delibe-

rationem; quod si peccent ex imperfecta deliberatione, peccat non proprie, sed secundum quid. Quam vero peccata venialia committuntur ex plena deliberatione, ut mendacia, etc. sunt perfecte et proprie peccata, inquit Durandus. Respondet Caietanus, quod peccatum veniale triplex dicitur peccatum secundum quid: 1.^o ex imperfecta deliberatione actus; 2.^o ex parte obiecti, quod in vita morali et politica est fere nullius momenti, ut furare calamum aut dipondium; 3.^o ex parte praecepti, quod non est necessarium ad conservandam caritatem, sed est velut ornans vitam. Dico ergo quod ista disputatio est magis de nomine quam de re. Meum iudicium est quod veniale peccatum est vere peccatum et culpa, non tamen contra legem. Et ratio est quam ponit s. (f. 290v) Doctor: quoniam illud dicitur peccatum contra legem quod destruit caritatem et habet aversionem omnimodam ab ultimo fine.

Art. 6...

II. q. 88, a. 1. Vat. 4634, f. 390v

De peccato veniali et mortali Art. 1.

An veniale peccatum convenienter dividatur contra mortale

Conclusio est affirmativa.

Nota quod Scotus in II, dist. 20, q. 1 taxat d. Thomam in eo quod dicit peccatum mortale esse contra ultimum finem, veniale vero contra media. Arguit sic: Peccatum veniale et mortale utrumque aliquando est contra finem, aliquando contra medium; ergo. Probatur antecedens: Motus infidelitatis non plene deliberatus et plene deliberatus; uterque est contra ultimum finem; alter autem est veniale, alter autem mortale. Similiter furtum leve et grave utrumque est contra medium.

Respondetur tamen quod s. Doctor loquitur hic de peccatis secundum genus suum, non ex parte operantis; decetque vere omne mortale peccatum esse natura sua contra ultimum finem, quia destruit principium vitae vel caritatem. Et hoc sive peccatum sit immediate contra Deum sive mediate. Peccata vero venialia ex genere non sunt contra ultimum finem, quia non corrumpunt caritatem (f. 391) et principium vitae, sed deordinant in levis mediis.

2.^o dico quod peccata venialia ex imperfecta deliberatione operantis, licet secundum speciem et naturam suam sint contra ultimum finem tamen ut modo sunt ab isto non sunt contra ultimum finem, quia non dissipant ordinem ultimi finis. Et hoc modo potest explicari s. Doctor. Sed de hac sententia late disputavimus q. 72, a. 5.

Durandus in II, dist. 42, q. 6 tenet contra d. Thomam quod peccatum veniale simpliciter est peccatum et non tantum secundum quid, ut dicit s. Doctor, et simpliciter etiam est contra legem Dei. Probatur: Omnis actus plene deliberatus cadens supra materiam indebitam est perfecte peccatum; hoc iuste [?] est peccatum veniale; ergo. Item: omnia virtus est simpliciter

virtus; ergo omne peccatum quod contrariatur virtuti est vere peccatum. Item: omne mendacium et furtoꝝ simpliciter prohibentur per legem; ergo etiam venialia forte simpliciter sunt contra legem.

Caietanus hic notat quod si absolute loquamur de peccato, non facta comparatione, absolute venialia peccata sunt simpliciter peccata. Ita Ioann. I can. c. I: Si dixerimus quod peccatum non habemus, etc. Ecclē VII: Non est homo qui non peccet. Sed cum facimus comparationem mortalis et venialis tum veniale imperfecte et secundum quid dicitur peccatum; quomodum accidentia simpliciter dicuntur entia, respectu vero substantiarum accidens non est ens, sed entis pars et modus. Sicut infans comparatione ad perfectum virum est imperfectus homo.

Ad argumenta Durandi dicendum: primum quod materia peccato veniali indebita est imperfecta tantum et secundum quid. Ad secundum respondetur quod quaedam virtutes imperfectae sunt virtutes, quia (f. 39^v) non necessariae, ut eutrapelia. 2.^o respondetur quod non est eadem ratio de virtutibus et peccatis, quia peccata ex particulari defectu, virtutes vero ex integra causa conuergunt. Ad tertium respondetur quod proprie dicitur praeceptum quod necessarium est ad conservandam vitam spiritualem: et quia veniale praeceptum non est contra istam vitam, ideo non est proprie contra praeceptum. Et probatur: quia qui est ingressurus coelum debet seruire mandata iuxta illud Matt. XIX: Si vis ad vitam ingredi, etc.: nec qui tantum peccat venialiter intrat in vitam aeternam: ergo ille seruat mandata legis. Sed de hoc supra diximus q. 72, a. 5. Ex quibus inferitur quod definitio Augustini intelligitur solum de mortalibus: venialibus autem secundum quid conuenit.

Sed est dubium: An dicendum quod inter peccata, quaedam sint venialia, quaedam autem mortalia.

Wicel irridet hanc distinctionem theologorum et dicit quod licet sit frequens ista distinctio in ore vulgarium et proelatorum, qui melius sciunt extorquere pecunias pro peccatis quam inuadere ab ipsis, suo tamen iudicio secundum traditionem Scripturarum, omne peccatum praesciti est mortale, et omne peccatum praedestinati est veniale. Vnde de hac haeresi Thannum Valdensem l. de Sacram. c. 114 et 115.

Lutherus autem negat esse distinctionem inter mortalia et venialia, quia omnia, inquit, opera mortalia sunt. Et addit quod idem opus est peccatum mortale ut a libero arbitrio procedit; ut vero a Spiritu Dei procedit est iustum. Sic intelligit illud ad Rom VII [25]: Igitur ego ipse mente seruo legi Dei, carne autem legi peccati. De hac diuina (f. 392) ratione vide Soto l. 3 de natura et gratia, c. 14.

Veritas fidei catholicae est quod inter peccata quaedam sunt mortalia, de quibus Paulus frequenter (et ad Gal V [21]: Manifestum est quod qui talia agunt regnum Dei non consequentur); alia sunt venialia, quae circa media deordinant suntque veluti quidam naevi in corpore pulchro. Probatur ex illo Matt VII [3]: Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, etc. Ubi omnes sancti sub vocabulo festucae intelligunt peccata venialia, per trabem autem mortalia. Et I ad Cor III [12]: Si quis super hoc funda-

mentum aedificaverit ligna, foenum, etc. salvus erit, sic tamen quasi per ignem. Item I Ioann I : Si dixerimus quod peccatum non habemus, etc. Certe loquitur de venialibus peccatis, nam de mortalibus abstinere sancti et iusti. Sic intelligitur illud Prov XIV : Septies in die cadit iustus. Sic etiam illud Iacobi [I, 15] : concupiscentia cum conceperit parit peccatum; peccatum vero cum consummatum fuerit generat mortem. Ecce [?] ipse [?] discriminat peccatum mortale a veniali. Hoc definitur contra Pelagium, qui aiebat homines iustos posse abstinere ab omnibus peccatis venialibus. In Concilio Milaevitano c. 6, 7 et 8, et in Concilio Africano c. 81 et duobus sequentibus. Et tandem in Conc. Tridentino contra Lutherum, sess. 6, c. 11 et 23 damnat anathemate qui dixerit homines iustos posse cavere a peccatis venialibus. De hac distinctione vide Augustinum De natura et gratia c. 26 et De Eccles. Dogm. c. [sin número].

II Dubium : An peccatum mortale et veniale differant (f. 392v) ex natura rei vel ex lege et voluntate Dei; vel : quod peccatum mortale ex natura rei destruat caritatem, veniale vero non, an contra omne peccatum ex natura sua sit mortale estque veniale aliquod pro misericordia et indulgentia Dei.

Hoc dubitatur propter Gersonem qui l.^a parte Theologiae, tract. de vita spirituali, lect. 1, tenet ex natura rei omnia esse mortalia, sed ex indulgentia Dei aliqua sunt venialia. Idem tenet Almain in Moral. tract. 3, c. 26. Probat : peccatum veniale non est admittendum etiam pro infinita poena vitanda; ergo ex se habet infinitam malitiam. Item : Gravitas offensae debet aestimari ex dignitate personae in quam fit; sed peccatum veniale est contra infinitam maiestatem; ergo. Ex hoc inferunt quod Deus semper punit peccatum citra condignum. Imo non potest Deus punire ad aequalitatem quia meretur infinitam poenam etiam secundum sensum, quam non potest ferre peccator.

Sed ista sententia est absurda favetque multum lutheranae sectae. Veritas est quod ex natura rei distinguuntur : quia mortale peccatum est contra legem Dei, veniale vero praeter legem, quare non est dignum poena aeterna. Probat : si omnia sunt mortalia natura sua; nos autem in sacro Eloquentia non invenimus illam indulgentiam factam; sequitur quod ex lege omnia sunt mortalia, quod est haereticum. Item : Illa peccata de quibus constat esse mortalia, ut homicidium, periurium, etc. non sunt per legem mutata; esset autem haereticum dicere quod per indulgentiam non punit ista peccata aeterna poena; ergo si de his non licet hoc dicere, nec de aliis licebit, quia ni (f. 395) hinc nobis constat de indulgentia. Item : absurdum est dicere quod Deus per suas leges mutat rerum naturas, quas potius maxime confirmat : illae enim sunt secundum verbum Dei.

Ultimo : Ista sententia est contra Paulum, II ad Tim II [12^a] : Si negaverimus, ille negabit nos; si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest, id est quod non potest non Deus punire gravia peccata infinita poena. Est enim infinite iustus, sicut et misericors.

Item : Caritas est amicitia inter Deum et hominem; sed in amicitiam; ergo amicitia caritatis, quae scilicet [?] longe gravissima est, non quocumque

offensio levissima destruit caritatem, nihilque posset de Deo crudelius moliri [?videri?].

Argumenta Cereonis nullam habent vim; peccata enim venialia non sunt contra legem Dei. Ad primum negatur consequentia, quia malum culpae et malum poenae sunt mala diversarum rationum neque comparari possunt in malitia. Minima culpa excedit in malitia infinitam poenam, quare [...] culpae, secundum quantitatem culpae ut sit tantum [...] ipsa poena quantum est culpa. Sed dicit rationem (?) secundum proportionem [...] peccatum mortale quod est gravissimum [...] infinita poena quod gravis est. Quare Deus ex condigno et secundum rigorem iustitiae punit peccata mortalia. Stipendia enim peccati mors, inquit Paulus. Stipendium autem est digna retributio. Sed hoc non tollit quominus quaevis culpa ratione mali excedat infinitam poenam, quia sunt diversarum rationum. Ex his sequitur bonum corollarium: quod qui provocaret ad peccatum veniale, solum peccat venialiter. (f. 393v) Si tamen perderet universas fortunas alterius peccaret mortaliter licet minus malum sit peccatum veniale quam iactura totius Salmanticae [?] Sed debet fieri comparatio inter mala culpae inter se et mala poenae inter se. Qui persuadet mortale, peccat mortaliter; similiter de poena.

Alia multa dicit ibi Cereon [...] vel quod nihil est opus bonum [??] ex natura sua neque aliquid peccatum nisi ex voluntate Dei.

C A L L O

Quob. lat. 1004. Cf. F. URIBE. EstKol 9 [1930] 148.

Ottob. lat. 1022. Cf. STROMMELER. TeolBv 27 [1930] 58.

A modo de ejemplo damos una página del texto del *Ottob. lat. 1004* indicando las variantes del *Ottob. lat. 1022* y las de la obra impresa de Bartolomé de Medina (*A* = *Ottob. lat. 1022*; *M* = Medina).

Como en la q. 88 difieren algo más ambos textos, hemos preferido darlos en lecturas paralelas. El *Ottob. lat. 1004* sigue correspondiendo con la obra de Medina.

El *Ottob. lat. 1022* no tiene la q. 96. Como el comentario del *Ottob. lat. 1004* concuerda a la letra con la publicada por Medina, lo emitimos también. Cambia tan sólo algunas palabras (*Sed notandum per Sed est advertendum; explicant per declarant, etc., etc.*). En el f. 216r, al margen añade algunas dificultades contra las reglas que da para distinguir cuándo obliga la ley a mortal o a venial, que continúa en la página siguiente.

I II, q. 72, a. 5 Ottob. 1004, f. 72r

An divisio peccatorum secundum reatum diversificet speciem

*1. Utrum peccatum mortale et veniale differant specie. Nam per peccatum mortale invenitur reatus poenae aeternae, per veniale poenae temporalis. Reatus est obligatio ad poenam; itaque quaestio best an divisio in peccatum mortale et veniale (f. 72v) sit specifica.

De hac questione disserunt Doctores in II, dist. 42. Alii vero dist. 35; nonnulli [dist.] 2 [1] o[et] in IV, dist. 21. Pro huius brevi expositione dico:

1.^o Peccatum mortale et veniale non differunt essentialiter ex eo quod peccatum mortale obliget ad poenam [aeternam] veniale vero ad temporalem; nam quamvis Deus non statuisset supplicia pro peccatis, adhuc essent peccata mortalia et venialia ex natura rei.

¶ Deinde, qui sunt damnati in inferno prolabuntur quotidie in novas culpae, sed non incidunt in novas poenas; ergo peccatum non est obligatio ad poenam. 3.^o Quando quis per veram contritionem dolet de peccatis, remittitur illi omnis culpa, sed non remittitur dei omnis poena, ut plane attestatur Scriptura; ergo peccatum aliud est quam obligatio ad poenam.

¶ 2.^o dico: Peccatum mortale et veniale non distinguuntur nec eo quod mortale sit dignum supplicio aeterno, veniale vero temporali; nam prius est quod committamus peccatum, quam quod simus digni supplicio prius

a) *A*: ut est, *lat. M*: comitetur, *en*: Reatus est obligatio ad poenam. De: ubi post: Peccatum mortale et veniale... b) *A*: et *A*: 2] et. d) *A*: omittit e) *A*: per hoc. l) *M*: Secundo. p) *M*: omittit. s) *A*: f. 101v. j) *M*: novam poenam... novam culpam. k) *A*: venialium. l) *M*: non tamen; *A*: sed non semper. m) *M*: dicit; *M2*: ut omnia Scriptura testatur; itaque post remissionem peccati manet obligatio ad poenam; ergo peccatum est aliud quam obligatio ad poenam. n) *M*: 2.^o conclusio. o) *M2*: + essentialiter quis peccatum mortale aeterna poena est dignum, veniale temporali.

inquam natura : Ex eo enim sumus digni supplicio, quia peccavimus; quemadmodum ideo sumus digni premio, quia opera studiosa fecimus. Deinde : de se notum est quod actus inordinatus sit peccatum; at non est per se notum quod peccatum sit dignum supplicio aut premio coram Deo; ergo quod sit peccatum non bene definitur per hoc quod sit dignum supplicio.

3.^o dico : Haec peccata non distinguuntur essentialiter ex eo quod mortale est contra finem, veniale vero contra medium; quod quidam theologi male colligunt ex littera huius articuli, quam non recte intelligunt.

Probatur : Nam peccatum mortale est circa finem et circa media. Item peccata venialia sunt contra finem et media; ergo non ex hoc distinguuntur. Probatur [antecedens] : nam peccatum fornicationis est peccatum mortale et contra medium, contra castitatem. Rursus : infidelitas est contra finem et mendacium, quod est veniale, est contra medium. Motus non plene deliberatus infidelitatis est contra finem.

4.^o dico : Haec peccata non differunt essentialiter ex eo quod mortale sit contra praeceptum, veniale vero contra consilium, in quo errat turpiter Scotus II, dist. 21, q. 1. Nam ducere uxorem est contra consilium virginitatis, dicente Paulo I Cor VII [25] : De virginibus praeceptum [Domini] non habeo, consilium autem do. Ducere vero uxorem, nullum peccatum est. Deinde, mendacium iocosum est peccatum cum tamen non sit contra consilium Domini, sed contra Domini praeceptum.

Sed pro ista sententia scotistica sunt tria argumenta :

1. Iste actus : Nolo esse religiosum, est malus; quia non est bonus, et tamen non est contra praeceptum, sed contra consilium. Item : iste actus : Nolo paenitere, est malus; continet enim istum actum : Volo permanere in peccato; et tamen solum est contra consilium. Item : ducere uxorem est ponere obicem Spiritui Sancto, qui semper nos invitat ad altiorem statum, et tamen [!] est malus. Et confirmatur : quia qui vovet facere contra consilium certe peccat, quia ponit obicem Spiritui Sancto : (*f. 73r*) ergo si quis ducit uxorem ponit obicem, contra Spiritum Sanctum erit.

Ad primum dicitur quod ille actus ex obiecto est indifferens, sed ex circumstantiis et ex exercitio potest esse studiosus; ut si quis dicat : Nolo intrare Religionem quia sum delicatus, optimus actus est. Ad secundum idem respondetur. Ad tertium [respondetur] non esse peccatum ponere obicem Spiritui Sancto ad altiorem statum, nisi in his ad quae tenemur ex praecepto. Ad confirmationem respondetur quod qui voveret facere contra consilium, non ex eo peccat, quia ponit obicem ad altiorem statum, sed quia vovet ut rem acceptissimam illud quod Deo displicet. Licet enim non displiceat Deo quod non sequaris eius consilium, sed displicet quod promittas ei te nunquam eius consilium sequuturum.

Dico 5.^o : Peccatum mortale et veniale non ex eo distingui quia omne peccatum praesciti sit mortale et omne peccatum praedestinati sit veniale. Distinctio est Lutheri, sed haeretica. Nam constat ex Scripturis praedestinos commisisse multa peccata mortalia, ut Paulus. Item constat ex Scripturis reprobos fecisse peccata venialia et eis multa peccata mortalia esse remissa, nam aliquando fuerunt in gratia, ut patet de Iuda.

Dico ultimo : Peccatum veniale et mortale differunt ex natura rei et non ex divina gratia et misericordia. Hoc dicitur contra Gersonem qui opi-

natus est omne peccatum etiam veniale ex merito suo esse dignum supplicio aeterno, sed per misericordiam Dei non imputari nobis nisi ad temporalem cruciatum. Hoc est falsum. Nam si peccatum veniale meretur cruciatus aeternus, certe non constat nobis quod Deus non puniat illud cruciatus aeterno. 2.^o Si meretur supplicium aeternum, meretur separationem a Deo aeternam et odium Dei; ergo est mortale. 3.^o Repugnat quod aliquod opus sit peccatum et quod non odio habeatur a Deo; ergo implicat quod non tantum odiat [sic vel: odiat, pro oderit] Deus peccatum quantum meretur ipsum peccatum.

His modis reprobatis, restat ut statuatur sententia d. Thomae quae consistit in tribus propositionibus:

Prima est: Diversitas reatus et obligationis ad poenam non distinguit peccata secundum speciem. Probatur: nam reatus est quid posterius et praeter intentionem operantis.

Secunda: Diversitas reatus aliquando invenitur in peccatis distinctis secundum speciem, aliquando citra eandem speciem. Nam quando est peccatum mortale ex obiecto, ut homicidium, etc. sine dubio differt specie a peccato veniali ex obiecto ut verbum ociosum. Caeterum, quando est peccatum veniale ex imperfectione libertatis vel ex parvitate materiae, sine dubio est in eadem specie in qua est peccatum mortale, ut furari parum et multum; primo, quia versantur circa idem obiectum; secundo, quoniam eliciantur ab eodem habitu (f. 73v) iniustitiae; tertio, quoniam tantum differunt secundum magis et minus. Ex quo sequitur esse necessarium in confessione explicare circumstantias etiam quae non mutant speciem, nam aliquando augent in infinitum et efficiunt mortale eiusdem speciei cum veniali.

Tertia conclusio: Peccatum mortale et veniale differunt essentialiter penes aversionem a Deo; nam veniale non prorsus avertit a Deo neque ponit inimicitiam inter Deum et hominem, nec etiam dividit inter vitam gratiae et animam ut inducat mortem: ut in corpore est quaedam infirmitas quae habet tantam inordinationem ut penitus extinguat principium vitae, et huiusmodi est peccatum veniale [sic].

Sed, nunquid iste modus dicendi, quod veniale non sit contra legem sed praeter legem est satis consentaneus? Hunc modum dicendi habet d. Thomas in I, q. 88, a. 1 ad primum et in II, dist. 35. Durandus II, q. [sic] 42, q. 6 tenet quod peccatum veniale sit contra legem. Sed certe modus dicendi d. Thomae est satis consentaneus. Nam Mattheus XIX [17] dicitur: Si vis ad vitam ingredi conserva mandata; sed qui peccat venialiter tantum, ingreditur vitam aeternam; ergo non peccat contra mandata. Item, in [I] Ioannis II [4] dicitur: Si quis dixerit diligo Deum et mandata eius non custodit, mendax est [Qui dicit se nosse eum, et mandata eius non custodit, mendax est]; sed qui tenetur peccato veniali diligit Deum; ergo mandata eius servat; ergo, etc. Item Rom XIII [10]: Plenitudo legis est dilectio, et [v. 8] qui diligit, legem implevit; sed qui tenetur tantum peccato veniali diligit Deum; ergo, item: qui peccat venialiter non facit contra amicitiam divinam, ut constat; ergo non operatur contra Deum; finis enim legis caritas est, I Tim I [5]. Denique, qui dicit Officium divinum tepide certe non operatur contra legem, sed tantum ponit impedimentum aliquod decori legis; ergo.

Sed instat Durandus: Sequitur ex isto modo dicendi, quod peccatum veniale non est simpliciter peccatum, siquidem non est contra legem; consequens est falsum, nam appellatur peccatum in sacro Eloquentio, ut illud Io I, c. I (8): Si dixerimus quod peccatum non habemus, etc. Et Eccl VII [21]: Non est homo qui faciat bonum et non peccet.

Ad hoc argumentum Caietanus, infra q. 88, a. 1 ad primum, libenter concedit peccatum veniale non esse simpliciter peccatum, sed secundum quid; et specialiter concedit hoc de peccatis venialibus quae ex imperfecta deliberatione admittuntur; de aliis vero affirmat esse peccata simpliciter. Sed Caietanus, ubi supra, dicit peccatum veniale esse imperfectum peccatum et secundum quid, tum ratione imperfectae deliberationis (nam de ratione peccati est quod sit liberum, et si est imperfectum [sic] liberum, est imperfectum peccatum), tum vero ratione obiecti ut furari (l. 74) rem parvam, tum tertio ratione praecepti, quando praeceptum non est necessarium ad Dei amicitiam conservandam, veluti verbum ociosum, risus superfluus. Itaque, autore Caietano, omne peccatum veniale undecumque proveniat est peccatum secundum quid. Quare vera est sententia apertissima d. Thomae in illo loco.

Dicendum est tamen istas quaestiones esse de nomine. Certum est quod peccatum veniale appellatur peccatum simpliciter in sacro Eloquentio; verum est tamen quod aliquando per se sumptum accipitur tantum pro peccato mortali, ut in illo: Quorum remisistis peccata remittuntur eis. Secundo: Certum est, peccatum veniale comparatum mortali esse peccatum imperfectum. Et denique, absolute tamen quod sit peccatum simpliciter.

Et ad argumenta [Durandi], negatur consequentia, tum quoniam d. Augustinus definit peccatum propriissime, quod est peccatum mortale, tum vero quia esse contra legem stat dupliciter: uno modo contra intentionem et finem legis et caritatem: et hac ratione peccatum veniale non est contra legem. Alio modo dicitur esse peccatum contra legem, quoniam est contra praeceptum et dictamen rationis et contra virtutem: et hac ratione peccatum veniale est contra legem.

In solutione ad primum affirmat d. Thomas quod peccatum mortale et veniale differunt in infinitum ex parte aversionis. Hoc videtur falsum: nam peccatum mortale et veniale non semper differunt specie ex parte aversionis; ergo non semper differunt in infinitum ex parte aversionis. Aversio enim consequitur conversionem; ergo si conversio est eiusdem speciei, aversio etiam est eiusdem speciei.

Ad hoc argumentum imprimis negatur consequentia, quoniam ex eadem specie [sic: operationis specie] sequuntur privationes diversarum specierum, sicut ex calefactione sequitur privatio frigiditatis et humiditatis. Secundo Respondetur quod si aversio in furto magno et parvo consideretur in ordine ad iustitiam qua privant, certum est quod sunt eiusdem speciei et differunt secundum magis et minus. Ceterum, si considerentur in ordine ad Deum et ad eius amicitiam et aversionem a Deo, distant plus quam specie, nam differunt genere.

II, q. 58 De peccato mortali et veniali

Octob. 1004, f. 160

In hac questione ostenditur primo loco non omnia peccata esse aequalia...

[...] Secundo, sciendum est esse quaedam [f. 161r] quaedam peccata levia quae Dei inimicum hominem non efficiunt, quorum poenitentiam facillime impetratur...

(f. 126 v) Tertio ostenditur in hac questione quomodo inter se differant mortale et veniale. In qua re exponenda, multi multa dixerint. Certe supra q. 72, a. 5 numerati sunt septem modi in huius rei expositione, et omnes sunt reprobabiles partim quia haeretici, partim quia falsissimi. Tantum duo modi dicendi mihi placeant, id est, quem habet s. Thomas art. 1, solutione ad primum: quod peccatum mortale est simpliciter peccatum contra legem, peccatum veniale est secundum quid peccatum et praeter legem.

Hunc modum dicendi reprehendit Durandus II, dist. 42, q. 6, de quo multa loco supra citato.

Vera huius rei explicatio haec est: quod peccatum esse contra legem accipitur dupliciter: quod sit contra primaria legis instituta et contra caritatem, quae est plenitudo legis: et hoc modo peccatum mortale tantum est contra legem. Alio modo dicitur contra legem: quod sit contra aliquod praeceptum et dictamen rectae rationis, contra virtutem [lect. prob.]: et hoc modo veniale est contra legem.

Secundus modus dicendi est veniale et mortale in hoc potissimum differre quod mortale est contra finem, veniale vero contra media. Hunc modum calumniatur Scotus II, dist. 25. Sed docet illum d. Thomas in hoc articulo primo, et defendit illum Caietanus in his commentariis, de quo in loco supra, q. 72, a. 5.

Octob. 1022, f. 204

In hac questione ostenditur primo loco...

[...] Secundo, habemus ex hac questione esse quaedam peccata quae non faciunt hominem Dei inimicum, quorum veniam facile a Deo impetratur, quae venialia sunt, de quibus...

Tertio ex hac questione concluditur quomodo peccatum mortale et veniale distinguantur. In eius expositione multi multa.

Primo, d. Thomas in hoc articulo ait quod peccatum mortale et veniale in hoc praecipue discernantur [sic] quod mortale sit contra finem, veniale contra media. Quod reprehendit Scotus II, dist. 21, q. 1; nos defendimus supra, q. 72, a. 5 et hic Caietanus.

Octob. 1004, f. 162

Vera differentia haec est: quod peccatum mortale avertit hominem ab ultimo fine et facit hominem Dei inimicum et corrumpit vitam spiritualem quae est caritas. Veniale vero non est contra caritatem nec (f. 163)

Octob. 1022, f. 204

Secundus modus dicendi est d. Thomae solutione ad primum: quod peccatum mortale est simpliciter peccatum et contra legem, veniale secundum quod et praeter legem. Hoc falsum reputat Durandus II, dist. 42, q. 6, de qua re supra diximus (?) loco commemorato.

Alius modus est Scoti: quod peccatum mortale distinguitur a veniali hac de causa: quoniam peccatum mortale meretur poenam aeternam, veniale temporalem; quem modum falsum demonstravimus loco citato.

Quartus modus est Scoti et Gabrielis: peccata mortalia et venialia in hoc differre quod mortalia sunt contra praecepta, venialia contra consilia: quod falsum et continere errorem illic demonstravimus.

Quintus modus: quod haec peccata hac ratione distinguuntur, nempe omne peccatum reprobis est mortale: praedestinati, veniale. Est iste modus Ioannis Wyclif haereticus, qui dicebat quod distinctio in peccatum mortale et veniale in eo sensu quo utuntur theologi licet sit vulgare et praelatorum qui sciunt melius extorquere pecuniam a populo quam cum a peccato mundare; est tamen ridicula et meo, inquit, iudicio omne peccatum reprobis, etc. Istum modum haereticum demonstrat Thomas Waldensis libro de Sacramentis, c. 154 et nos loco recensitu.

Sextus modus: quod peccatum mortale et veniale non distinguuntur ex natura rei, sed ex lege Dei et misericordia. Itaque omne peccatum suapte natura est mortale et meretur poenam perpetuam; ceterum ex Dei misericordia, peccata quae facillime committuntur sunt venialia et imputantur ad poenam temporalium [sic] et Dei ultionem non destruunt. Iste modus est Gersonis in III parte suae Theologiae, tract. de Vita Spirituali, lect. 1.^a Eandem sententiam habet Almain. Et probatur: potest Deus punire peccatum veniale poena aeterna; ergo non est iniustus; ergo est dignum poena aeterna ac subinde est mortale. Deinde: peccatum veniale in inferno punitur poena aeterna, ut supra; ergo meretur illum, 3.^o peccatum veniale non potest remitti nisi per gratiam; ergo de se est irremissibile; ergo mortale. Iam vero, peccatum veniale non est committendum pro quocumque bono temporali nec praecavenda poena infinita; ergo signum est quod est infinitum peccatum. Alio modo formatur hoc argumentum: Nam peccare venialiter maius detrimentum est quam perdere centum aureos; sed si quis esset causa quod quis perderet centum aureos peccaret mortaliter; ergo si quis persuaderet peccatum veniale peccaret mortaliter. Alia sunt argumenta pro hac opinione, quae persequitur d. Thomas in hoc articulo.

Haec sententia est absurda et [est] haeresi lutheranae. Aut enim Lutherus omne opus iusti esse peccatum mortale, sed per Dei misericordiam et

Octob. 1004, f. 163

nec avertit ab ultimo fine et facit hominem Dei inimicum et corrumpit vitam spiritualem quae caritas est. [Sic, i. e. con esse repetitione]. Veniale vero non est contra caritatem, nec avertit ab ultimo fine. Et hoc est dicere quod mortale est contra fidem [sic pro: finem], veniale vero non.

Quarto ostenditur in hac quaestione, quod mortale ex genere differt specie a veniali ex genere. Nam mortale ex genere est illud quod habet obiectum quod ex se repugnat caritati; veniale vero ex genere est illud quod habet obiectum quod de se non repugnat caritati, ut loqui verbum ociosum. Differunt ex parte obiecti; ergo differunt specie.

Octob. 1022, f. 204

fidem in Christum Dominum non imputari ad peccatum sed ad iustitiam.

Itaque veritas est quod peccata sunt aliqua quae de se extinguant caritatem, alia quae de se non extinguunt.

Probat: nam si omne peccatum esset de se mortale, cum non haberetur revelatio factam quod per Dei misericordiam sit factum veniale, omne peccatum esset mortale secundum legem, quod est haereticum. 2.^o implicat contradictionem quod Deo non displiceat peccatum; ergo implicat quod Deo non displiceat quantum eius conditio promeretur. 3.^o si peccatum mortale per Dei misericordiam potest imputari ad veniale; ergo potest id quod est peccatum mortale imputari ad iustitiam: quod est falsi haeresi lutheranae.

Ad primum argumentum in contrarium: poena proprie dicta Deus non potest punire peccatum veniale poena aeterna. Potest tamen Deus sua potentia hominem habentem peccatum veniale mittere in gehennam, sed hoc non esset poena pro culpa. Ad secundum quod in inferno punitur peccatum veniale poena aeterna respectu [?] status et subiecti quod est extra statum satisfaciendi. Ad tertium quod nulla culpa est remissibilis positive; nulla enim vindicat sibi remissionem, quia nulla ponit principium remissionis, quod est caritas. Sed culpa venialis dicitur secundum se remissibilis negative, quia non dissipat caritatem. Culpa vero mortalis est irremissibilis positive, quia contrariatur caritati. Ad quartum quod malum culpae et malum poenae sunt diversarum rationum et ideo nequeunt commode comparari. Unde minima culpa excedit in malitia omnem poenam licet sit poena infinita: qua propter [? quo probatur?] poena non debet correspondere culpae secundum quantitatem, sed secundum proportionem, ut sicut peccatum mortale quod est offensa gravis meretur poenam gravem, ita veniale quia est offensa levis levi atque temporalem.

Quarto habetur ex hac quaestione, quod peccatum mortale ex genere suo distinguitur specie a veniali ex genere suo. Peccatum mortale ex genere suo est quando voluntas fertur in obiectum quod repugnat caritati Dei vel proximi: veniale ex genere suo, quando voluntas fertur in obiectum quod

Ortol. 1004, f. 163

In hoc significatur esse aliquot [sic] peccatum mortale et veniale quae non differunt specie, sicut furtum parvum et magnum. Furtum enim parvum ex suo genere mortale est, efficitur vero veniale ex levitate materiae.

Quinto ostenditur quomodo veniale sit dispositio ad mortale cum impedit servare caritatem et facit hominem tepidum et vecordem, de quo Augustinus sermone 4 De Igne Purgatorii et 21 De Civit. c. 27, Hieron. in Epistula ad Thesiphontem et in Epitaphio Nepotiani. Chrysostomus sermone de levium peccatorum periculis, 5 tomo.

Sexto ostenditur quomodo peccata venialia licet multiplicentur in infinitum non efficiunt unum mortale. Nam mortale et veniale differunt in infinitum; ergo in invicem transire non possunt. Probatur antecedens: nam mortale meretur poenam aeternam, veniale vero temporalem. Rursus, mortale avertit a Deo et meretur privationem gratiae; veniale vero non avertit a Deo nec meretur privationem gratiae. 2.^o ea quae differunt specie in invicem transire non possunt; sed mortale et veniale differunt specie ut supra; ergo etc. 3.^o privationes diversae non possunt in invicem transire; surditas non potest transire in caecitatem; sed mortale et veniale sunt diversae privationes; ergo, etc. (f. 163v) 4.^o veniale et mortale habent mag-

Ortol. 1022, f. 204

de se non repugnat caritati Dei et proximi, ut verbum ociosum, etc. In quo significatur quod peccatum mortale et veniale aliquando sunt eiusdem speciei, ut furari multum vel parum; sed furari parvum non est veniale ex genere suo et ex obiecto, sed ex levitate materiae.

Quinto habetur quod peccatum veniale est dispositio ad mortale. Ex tenuat enim fervorem caritatis et facit homines tepidos, quod Deus solet evomere. Vide de hac re Augustinus sermone 4 De Igne Purgatorii et 21 De Civit. c. 27. Caietanus supra, art. tertio huius questionis.

Sexto habetur quod peccata venialia licet in infinitum multiplicentur, nunquam efficiunt unum mortale. Probatur: nam ea quae in infinitum distant in invicem transire non possunt; sic mortale et veniale; ergo. Minor probatur: Nam peccatum mortale meretur poenam aeternam, veniale temporalem. Item: Mortale est privatio ultimi finis; veniale privatio [?] non deperdit ultimo fine.

2.^o ea quae differunt specie in invicem transire non possunt; sed peccatum mortale et veniale sic; ergo. 3.^o diversae privationes in invicem transire non possunt, ut surditas non potest transire in caecitatem; sed mortale et veniale sic; mortale enim est privatio ultimi finis; veniale deordinatio legis circa media; ergo. 4.^o peccatum mortale et veniale habent

Octob. 1004, f. 163 v

magnitudinem diversarum rationum; ergo venialia non possunt efficere unum mortale, sicut neque numerus non [sic] potest facere lineam, neque linea, corpus. Antecedens vero probatur: quia magnitudo peccati mortalis consistit in aversione ab ultimo fine, qui Deus est; magnitudo vero peccati venialis consistit in deordinatione a mediis, non in aversione a Deo.

5.^o peccata venialia non diminuant caritatem; ergo neque efficiunt peccatum mortale. Antecedens demonstratur a d. Thoma II. II, q. 24, a. 10.

Sed contra istam sententiam sunt varia argumenta: 1.^o malitia peccati mortalis finita est; ergo per multa peccata venialia exaequari valet. 2.^o Augustinus, cuius sententia refertur *De Paenitentia*, dist. I, canone Tres sunt, ait expresse quod multa peccata venialia aggravant animam sicut unum grande peccatum; supra quem textum dicit Glossa quod multa venialia efficiunt unum mortale. 3.^o si famulus furetur a domino suo singulis diebus trientem in centum diebus efficitur mortale, nam infert grave damnum suo domino; sed haec furta sunt minutissima et tantum venialia; ergo. 4.^o si quis promisit per votum se daturum singulis diebus alicui hospitali tantum assem unum, si per annum non solvat, peccat mortaliter, nam infert grave damnum hospitali. At fractiones huius voti singulis diebus sunt venialia.

Respondeo ad primum quod malitia mortalis peccati quodammodo infinita est, nam avertit a Deo, infinito bono. 2.^o dico quod non sunt

Octob. 1022, f. 204

magnitudinem diversarum rationum; ergo licet peccatum veniale multiplicetur in infinitum nunquam efficit unum mortale. Consequentia probatur: nam numerus nunquam facit lineam, sunt enim magnitudines diversarum rationum. Antecedens probatur: nam magnitudo peccati mortalis consistit in aversione ab ultimo fine; magnitudo peccati venialis in deordinatione circa media, non in aversione a Deo. Cum vero peccata venialia non diminuant caritatem, ut constat ex suffragio omnium theologorum; ergo non tollunt caritatem.

Sed contra istam sententiam argumentatur sic: 1.^o malitia peccati mortalis finita est; ergo per multiplicationem peccatorum venialium (l. 204v) tandem poterit exaequari, quod in aliis rebus naturalibus facile animadvertere est. 2.^o d. Augustinus, et refertur eius sententia *De Paenitentia*, dist. I, canone Tres, ait quod multa peccata venialia aggravant et opprimunt animam ut unum mortale. Et ita Glossa super illud canon. Et hinc fortasin ortum habet quod dicit vulgus quod septem peccata venialia efficiunt unum mortale. 3.^o si famulus furetur a domino suo cotidie unum trientem per centum dies, certe erit peccatum mortale, nam infert grave damnum suo domino; sed haec minutissima furta sunt peccata venialia; ergo. 4.^o si quis voto promisit se daturum pauperi dipondium singulis diebus, si per annum integrum non solvit, certe est peccatum mortale, nam infert grave damnum pauperi; tamen ista peccata sunt venialia; ergo. Ad primum quod malitia peccati mortalis est quemadmodum infinita et alterius

Otrob. 1004, f. 163 v

eiusdem rationis et ideo licet peccata venialia multiplicentur in infinitum non possunt aequari unum mortale. Sed est advertendum quod d. Thomas art. 4 huius questionis aperte dicit quod poena debita peccato mortali habet proportionem cum poena debita pro peccato veniali, quum utraque est finita et utraque poena ignis. Ex quo infert Caietanus quod tot possunt esse peccata venialia ut sit maior poena ignis quam poena mortalis. Sed haec sententia falsa est. Et dicendum est quod istae poenae sunt proportionabiles quantum ad detentionem, quum peccatum veniale in inferno punitur poena aeterna. Ceterum quantum ad dolorem non proportionantur; cum enim maior dolor maiori peccato debeat correspondere et peccato mortali et veniali (l. 164) nulla sit proportio, dolores non sunt proportionabiles. Ad secundum respondetur quod peccata venialia aggravant quum disponunt ad mortale. Glossa vero stulta est et non meretur responsonem. Ad tertium respondetur quod ille servus tenetur sub peccato mortali restituere illam summam pecuniae licet in furtis minutissimis non peccaverit nisi venialiter. Et tenetur respondere ad sententiam excommunicationis non ratione peccati, sed ratione damni gravis illati; sicut qui vindemiaverunt vineam tenetur restituere, licet singuli non peccaverint nisi venialiter. 2.^o respondetur quod si iste famulus in principio proposuit furare grandem minutatim in principio peccavit mortaliter, quia in principio voluit dare grave damnum domino suo. 3.^o respondetur quod licet in istis furtis minutissimis famulus isto non peccavit nisi venialiter, nihilominus quando incipit materis gravis

Otrob. 1022, f. 204 v

rationis; quapropter peccata venialia in infinitum multiplicata nunquam exaequant. Sed est hic notandum quod d. Thomas art. 4 huius questionis ait quod poena debita pro peccato mortali et pro peccato veniali sunt proportionabiles; utraque enim est finita et poena ignis. Contrarium diximus supra, hoc art., convicti quod alioqui poena peccati venialis exaequaret poenam peccati mortalis. Dicendum est quod poena quantum ad detentionem est proportionabilis, alioquin non haberet proportionem. Ad secundum quod nulla peccata venialis aggravant caeduntque animam dispositione qua disponunt ad peccatum mortale. Ad Glossam, quod est stulta. Ad tertium quod ille famulus tenetur restituere illam summam pecuniae sub peccato mortali licet nunquam peccasset nisi venialiter, ut si haberet illam in deposito. Atque [?] etiam tenetur respondere ad sententiam excommunicationis si super aliud delictum feratur; sicut scholastici qui vineam vindemiaverunt tenentur respondere ad sententiam excommunicationis nisi [sic] non peccaverint nisi venialiter. 2.^o quod si iste famulus statuit a principio furare grandem summam pecuniae minutatim a principio peccavit mortaliter, non a principio habuit intentionem peccandi mortaliter. 3.^o quod quaequam multitudo peccatorum venialium nunquam fiat mortale, nihilominus quando incipit esse grandis pecuniae summa in furto, ille actus licet sit receptio unius unius est peccatum mortale; non quia multi-

Octob. 1004, f. 164

quae sufficit ad mortale furtum, actus ille licet sit unius assens est peccatum mortale, non quidem quia venialia efficiunt mortale, sed ratione materiae, quum in illo actu datum est grave damnum quod prius datum non fuit. Ad quartum idem dicendum est.

Pro maiori declaratione nota quod peccatum veniale potest fieri mortale multipliciter: 1.^o quando constituitur in eo finis ultimus. 2.^o quando ordinatur ad mortale. 3.^o quando fit ex gravi contemptu. 4.^o quando disponit ad mortale et paratur grave periculum ad committendum mortale. 5.^o quando fit veniale contra conscientiam definitive indifferentem esse peccatum mortale et vehementer dubitantem et habentem plura argumenta quod sit mortale.

Octob. 1022, f. 204 v

plicata venialia faciant mortalia, sed quia in illo opere datur grande detrimentum quod antea non erat datum et sufficiens ad peccatum mortale. Ad quartum respondetur eisdem solutionibus.

Circa hanc sententiam adverte quod peccatum veniale potest fieri mortale ex parte operantis et hoc dupliciter: 1.^o modo constituendo finem ultimum in peccato veniali. 2.^o ordinando illud ad mortale. Similiter peccatum mortale ex genere potest fieri veniale ex parte operantis scilicet propter imperfectam deliberationem. Rursus potest fieri peccatum veniale ex levitate materiae, ut furare unum assem. Item adverte quod peccatum mortale non fit veniale per additionem culpae venialis, ut cum quis fornicatur propter inanem gloriam. Sed quaero: quando quis fornicatur propter inanem gloriam, illud peccatum veniale fit mortale? Videtur quod sic, nam ille constituit ultimum finem vanam gloriam; ergo est peccatum mortale. Probatur antecedens: ille namque constituit ultimum finem in aliquo re quando propter eius amorem avertitur a Deo; sed isto propter inanem gloriam fornicatur et avertitur a Deo; ergo. Item: appetitio inania gloriae est circa peccatum, ergo et peccatum. Sed pro parte negativa sunt maiora argumenta: 1.^o nemo dat quod non habet; sed illa inanis gloria non habet malitiam mortalem; ergo. 2.^o causa non est minor suo effectu; sed vana gloria est peccatum veniale; ergo non potest efficere mortale. 3.^o si vana gloria in hoc casu esset peccatum mortale, sequitur quod qui furatur propter alendam uxorem gravius peccaret quam qui libidine furandi. Probatur consequentia eisdem argumentis: nam constituit ultimum finem in amore uxoris et amor iste est causa peccati mortalis. 4.^o Finis non accipit bonitatem aut malitiam a medio, quin potius medium a fine; ergo illa vana gloria quae est finis, non efficitur peccatum mortale ex fornicatione. Haec sententia negativa videtur mihi verior, quam supra approbavit. Quamquam istae sententiae quae videntur contrariae possunt habere reconciliationem; quando enim inanis gloria sit causa totalis et efficax fornicationis est peccatum mortale; ceterum, quando non est causa totalis, erit veniale.

Q. 89...

ANÓNIMO I Y II

Ottob. lat. 289. Cf. *Parisi. Vat. Lat. B* [1929] 326. *STRENGTH. Theol. Rev.* 29 [1930] 56.

Están escritos con diversa letra (Por esta razón los hemos separado). La caligrafía y redacción del Anónimo II son excelentes.

Perteneen ciertamente a la Escuela Salmantina. ¿A qué autor? No es fácil determinar. Pasajes hay, que recuerdan a Soto Mayor, otros a Soto, muchos a Vitoria... Por sólo crítica interna, nos parece imposible poder determinarlo, dada la semejanza que hay entre las ideas y el estilo de esos autores. Como no tenemos ningún criterio externo, preferimos no avanzar ninguna hipótesis.

ANÓNIMO I

III, q. 72, a 5 Ottob. 289, f. 111v

**Utrum divisio peccatorum quae est secundum reatum
diversificat speciem**

Sensus questionis est utrum peccata differant specie secundum poenas aut reatus qui ipsis debentur.

Ad hoc est conclusio primi divi Thomae: Quod peccatum veniale et mortale non possunt differre specie per poenas, quia poena est quid posteriorius ad culpam.

2.^o conclusio est: Quod peccatum veniale non tollit principium legis [sic, pro: vitae] aeternae, etc; ergo non tollit caritatem.

Circa primam conclusionem dubitatur: Quia ex eo cognoscitur ali-quod peccatum esse veniale quia dignum est solum poena temporali; et ex eo cognoscitur mortale, quia dignum est poena aeterna; ergo differunt penes poenas. 2.^o si auferatur poena ab ipso peccato auferitur etiam ipsa culpa; et illa posita, ponitur culpa; ergo in tantum sunt connexa poena et culpa quod si differunt etiam penes poenam.

Communiter [? contra?]. Doctores in hoc loco allegato tenent quod peccata differunt secundum poenas eis debitas. Sed profecto argumentum

divi Thomae videtur manifeste convincere ad oppositum. Quare illi adhaerendo ad argumenta in contrarium facile responderetur:

Ad primum nego consequentiam, quia illud est a posteriori, nos autem inquirimus causam quidditatis specificae; et illa, ut constat, debet sumi a priori.

Ad secundum etiam nego consequentiam, quia licet poena et culpa sint sic connexae quod non stat culpam esse sine poena, est quid consequens ad culpam, quare penes illam non debet sumi species; sicut penes risibilitatem non sumitur species hominis licet sit connexa cum animalitate.

Circa eandem conclusionem dubitatur: Utrum veniale et mortale differant specie et qualiter differant. Ad hoc responderetur quod veniale et mortale possunt dupliciter comparari: uno modo in ordine ad idem obiectum, ut furtum denarii et furtum unius ducati. Et hoc modo responderetur quod veniale et mortale sunt eiusdem speciei in esse moris licet non eiusdem gravitatis, nam ita bene est furtum unius denarii sicut unius ducati, licet non tam grave. Secundo modo possunt comparari in ordine ad diversa obiecta, ut mendacium iocosum et adulterium. Et illo modo differunt specie penes obiecta.

Ultimo dubitatur circa secundam conclusionem: Utrum peccatum veniale sit contra legem Dei. Et probatur pars affirmativa: nam mentiri iocose est peccatum veniale et est contra praecceptum divinum scilicet: Non falsum testimonium dices. Item: furare in parva quantitate est peccatum veniale et tamen est contra illud praecceptum: Non furtum facies; ergo.

S. Thomas q. 78, a. 9, et q. 88, a. 10 ad primum dicit quod peccatum veniale non est contra legem aeternam (f. 112) contra legem aeternam, sed praeter legem. Haec sententia probatur evidenter. In ea sententia peccatum veniale non tollit caritatem; ergo non tollit nec est contra legem divinam. Antecedens autem patet: quia peccatum veniale bene stat cum dilectione Dei obedientiali.

Et ad argumentum, concedo antecedens et nego consequentiam; quia licet veniale sit prohibitum per praecceptum, non prohibetur tanquam quid contraveniens et repugnans praeccepto sicut mortale, sed tanquam impeditivum et retardativum illius et disponens ad oppositum praecipi.

II, q. 88, a. 1 Octob. 289, f. 143

Utrum veniale peccatum convenienter dividatur contra mortale

Ad hoc d. Thomas supponit quod peccatum mortale dicitur metaphrice mortale ad similitudinem morbi mortalis, quia sicut morbus mortalis infert mortem per hoc quod tollit principium vitae, sic peccatum mortale infert mortem per hoc quod fert mortem vitae spiritualis tollendo principium talis vitae spiritualis, quod est gratia. Quo supposito Doctor respondet affirmative et clare. De hac conclusione superius diximus et abunde contra haereticos qui tenebant nullum esse peccatum veniale.

Inter Doctores catholicos Gerson in quodam tractatu De Vita Spiritualis dicit quod omne peccatum de se est peccatum mortale et meretur poenam aeternam, sed ex divina misericordia taxatur et limitatur ad poenam temporalem. Almain in Moralibus q. 23, putat istum modum probabilem esse. Dicit etiam esse conformem doctrinae Sancti Thomae in quaestione praecedenti. Probatur: quia peccatum veniale punitur in inferno poena aeterna; ergo signum est quod peccatum veniale de se meretur poenam aeternam. 2.^o probat quia peccatum veniale est maius malum quam quodcumque malum poenae etiam in infinitum; ergo peccatum veniale est malum infinitum et per consequens meretur poenam infinitam. 3.^o arguit quia si aliquis transgredereatur praeceptum praelati de re levi esset peccatum mortale; ergo cum peccatum veniale sit transgressio legis divinae sequitur quod a fortiori erit mortale.

Argumentatio istorum falsa est et satis dissona sacri Litteris. Et patet 1.^o ex illo testimonio Pauli iam citato I ad Cor III [15]: Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem salvus erit: sic tamen quasi per ignem. Et superius [v. 12] distinguit inter stipulam, lignum, etc., foenum, quod nullo modo potest intelligi de peccato mortali. 2.^o patet ex illo Iacobi I [15]: Concupiscentia cum conceperit (f. 143^v) cum conceperit parit peccatum et cum consummata fuerit gignit mortem, etc. ubi prima propositio illius testimonii, secundum expositionem Doctorum manifeste loquitur de peccato veniali.

Potest etiam ratione probari: Stando in lege naturali sunt aliqua quae praevis laedunt, ut mendacium iocundum; ergo stando in lege naturali dandum est peccatum veniale.

2.^o sic: quia secundum Summistas, peccatum veniale et mortale sunt peccata proportionabilia; ergo eorum poenae sunt proportionabiles genero, poterit in tantum crescere poena venialis quae aequet poense mortalis.

Ad argumentum primum Almain, nego consequentiam, quia, ut dictum est, illa perpetua punitio peccati venialis non est ratione sui sed ratione subiecti [?], quare non sequitur quod ipsum ex se mereatur poenam aeternam.

Ad secundum, nego consequentiam quemadmodum ista consequentia nihil valet: "haec creatura est perfectior infinitis creatis; ergo ista creatura est infinite perfecta", quia ultra hoc requiritur quod habeat infinitam potentiam, etc.; sic ergo licet peccatum veniale sit peius quam aliquid infinitum malum, quia [...indesciftable] infinitum malum. Ad tertium argumentum respondetur duplici pronunciato: primum, nego quod praeceptum de re levi obliget ad peccatum mortale, quod inferius latius visuri sumus. Secundo, respondetur concedendo illud vel dando illud, sed nego quod peccatum veniale sit contra praeceptum, sed est praeter praeceptum, ut dicit Doctor in responsione ad primum argumentum; quare, etc.

Art. secundus.

In hoc articulo respondet Doctor quinque conclusionibus: 1.^a si loquamur de peccato veniali largo modo, peccatum mortale iam dimissum dicitur veniale, quia iam data est venia. 2.^a propositio: loquendo etiam large de veniali, peccatum mortale quando fit ex metu aut ex ignorantia dicitur veniale. 3.^a propositio: Proprie loquendo peccatum veniale dicitur quando non est contra caritatem Dei vel proximi; peccatum mortale est contra caritatem Dei vel proximi. 4.^a propositio: Peccatum veniale fit mortale quando in illo ponitur ultimus finis.

Ultima propositio: Quando aliquid est peccatum veniale propter defectum deliberationis adveniente deliberatione idemmet actus fit peccatum mortale; sicut de motu secundo primo, quia est de obiecto mortali prohibito.

Ad Tertiam conclusionem dubitatur: (quia circa duas primas non est difficultas). Si aliquis omittat praeceptum de baptismo aut de audiendo Missam in die festi aut celebrare si habeat ex officio, illae omissiones communiter dicuntur esse peccata mortalia, et tamen non sunt contra caritatem Dei nec proximi; ergo non sufficienter distinguitur mortale a veniali per hoc, quia illud est contra caritatem, hoc vero non. Respondetur quod theologice loquendo peccatum contra caritatem Dei vel proximi dicitur omne illud quod tollit amicitiam Dei vel proximi, quando est in praecepto.

Circa quartam conclusionem...

A N O N I M O 11

II, q 96, a 4 Octob. 289, f. 162r

Art 4. Utrum lex humana obliget in foro conscientiae, f. 160r.

Tertium [...] dubium est gravius: An lex humana tam ecclesiastica quam civilis obliget transgressorem ad mortale. Almain in libro de Potestate ecclesiastica, c. 12 adducit sententiam Gersonis qui libro 4.^o De Vita Spirituali generaliter asserit nullam legem ecclesiasticam aut civilem obligare ad mortale, sed solum ad veniale. Fatetur tamen quod qui transgreditur legem humanam potest peccare mortaliter, sed non quia legem humanam transgreditur, sed quia facit contra legem divinam ut si medicus diceret infirmo ne tale aut tale valde nocivum comederet. In casu teneretur infirmus illud facere et, si comederet, peccaret mortaliter, quia faceret (f 162v) contra medici praeceptum. Probat vero suam sententiam, quia peccatum mortale obligat ad poenam aeternam; sed nulla potestas potest dare poenam aeternam; ergo nulla potestas potest ad illam

obligare. Et declarat exemplo: nam frustra principes ferrent legem de homicidio si occidendi potestatem non haberent; ergo si papa non habet potestatem puniendi poena aeterna inaniter ponit legem quae ad illam obliget. Nihilominus Almain solvens Gersonis argumenta asserit potestatem quidem ecclesiasticam posse obligare ad mortale; de civili tamen videtur id ipsum cum Gersono sentire. Gersoni sententiam sequuntur multi canonistae ut Cardinalis in Clementina prima de Observatione Ieiunii. Et Summa Angelica verbo Ieiunium et verbo Obedientia, Sylvestrina verbo Ieiunium § 8, et verbo Lex § 3. Contrariam sententiam tenet communis schola theologorum praesertim d. Thomas II. II, q. 147, a. 3, ad secundum loquens de ieiunio.

Et probatur primo ex illo Apostoli ad Rom XIII [2] ubi dicitur: Qui autem ordinationi Dei resistit damnationem sibi acquirit. Non enim damnationem quis acquirit ob peccatum solum veniale. Lex ergo civilis et non solum ecclesiastica obligat ad mortale. Et confirmatur: nam lex civilis imponit interim poenam mortis et poenas alias gravissimas; ergo non ponit illas pro culpa veniali sed pro culpa mortali, quae in transgressione committitur. De lege vero ecclesiastica nulli dubitare licet cum in ca. Sacris, de his quae vi metusve causa fiunt, dicatur quod qui communicat in sacris cum excommunicato peccat mortaliter.

Ad argumentum Gersonis respondetur nihil valere illam consequentiam quemadmodum non valet: Non potest quis seipsum punire poena aeterna; ergo non potest se obligare sub voto ad faciendum id cuius omissione deberet poena aeterna.

Quoniam dubium est: an lex humana semper obliget ad mortale.

Canonistae communiter dicunt non semper obligare ad mortale statuntque in universum Regulam ad dignoscendum quando lex ad mortale quando ad veniale obliget. Aiunt enim id ex intentione legislatoris provenire, et ex verbis legis quibus eorum intentio explicatur, ita quod si legislator dixerit Praecipimus, Mandamus, vel In virtute sanctae obedientiae praecipimus, signum est illum intendere obligare subditos ad mortale; si vero simplici verbo praecipiat aut consulat aliquid (f. 163) aliquid signum est eum velle solum ad veniale obligare. Et probant hoc ex Clementina de verborum significatione, ubi dicitur quod in Regula beati Francisci ubi ponitur hoc verbum Praecipio obligat ad mortale. 2.^o quia iudex ecclesiasticus fert ad libitum excommunicationem; ergo ab eius voluntate dependet obligatio ad mortale vel veniale. Sylvester etiam verbo Lex § 8 et 17 et verbo Praeceptum § 2 videtur huic sententiae adherere, quamvis ponat nonnullas limitationes.

Sed haec sententia falsa omnino videtur. Primo, quia si iudex quispian ecclesiasticus per verbum Praecipimus in virtute sanctae obedientiae, et quibuscumque similibus verbis, statueret legem de re levissima quam constaret nullius esse momenti aut commodi, nullam induceret obligationem etiam si certo sciretur eum velle obligare ad mortale; ergo falsa est illa regula. Secundo: principes ferentes leges civiles non intendunt obligare ad mortale aut veniale, nec curant de verborum forma in statuendis legibus, et nihilominus obligant vel ad mortale vel ad veniale. Tertio: in iure re-

peritur interim verbum *Mandamus*, ut quod prima lotio in Missa vino fiat, et tamen ea lege non obligentur praesbiteri ad mortale; ceteri enim valde duram; ergo.

Quarto: nam in lege divina eodem modo prohibentur opera illicita mortalia sicut et venialia; ergo nihilominus obligabit humana lex etiamsi sub eodem verborum tenore prohibeat aut praecipiat humana opera.

Pro explicatione huius dubii, sit Prima Propositio: Lex humana sive ecclesiastica sive civilis quandoque obligant [sic] ad mortale, quandoque ad veniale. Probatum hoc: Nam lex divina et naturalis habent maiorem auctoritatem quamcumque lege humana; sed lex divina et naturalis non semper obligant ad mortale, sed quandoque ad veniale, ut patet de prohibitione mendacii et verbi ociosi; ergo.

Secunda Propositio: Potissimum signum ad dignoscendum quando lex obligat ad mortale et quando ad veniale, sumitur ex parte materiae, quae si fuerit gravis, lex obligat ad mortale; si levis, ad veniale. Id quod verum habet non solum in lege humana, sed in omni lege sive divina sive naturali. Hoc patet facillime: nam non est credendum legislatorem in re levissima velle obligare homines ad malum inter omnia gravissimum, ut est mortale, nisi cum rem praecipit aut valde necessariam aut maxime (l. 163v) utilem. Hinc sequitur ut in quacumque lege humana aut divina praecipiat actio omnino necessaria aut prohibeatur actio quae inducit grave nocuumtum proximo aut reipublicae, vel in universum est contra caritatem Dei vel proximi, tale praeceptum obligat ad mortale quibuscumque sub verbis feratur, ut contingit in lege ecclesiastica de auditione Missae et ieiunio Quadragesimae, et in lege naturali et divina de homicidio, adulterio, etc. Patet hoc: quia id omnes sapientes veluti grave suscipiunt vel quod est necessarium vel valde utile vel quod est contra caritatem Dei aut proximi. Contra vero, quibuscumque verbis praecipiat aut prohibeatur quod vel non omnino necessarium est ipsi reipublicae aut singulis hominibus nec est valde utile aut contra caritatem, cum non sit materia gravis sed levis, non nisi ad veniale obligabit, ut de non dicendis verbis ociosis aut de dicenda Ave Maria iuxta ecclesiasticam consuetudinem post completorium ad cythrali signum, et de non ferendis sericis ornamentis, etc.

Tertia propositio: Post materiae cognitionem, ad dignoscendum quando lex obliget ad mortale et quando ad veniale, maximo conducit considerare poenam latam in lege. Probatum: quia pro transgressione levium leges iustae non solent infligere graves poenas; ergo signum est quod cum poena legis est gravis, culpa sit gravis, et cum poena est levis, culpa sit levis. Vide Caietanum opus [sic] de obligatione praecepti tomo 2, fo. 59 et II, II, q. 186, n. 9.

Quarta Propositio: Pensari etiam potest praecepti gravitas, an videlicet sit mortalis aut venialis culpa ad quam lex obligat, post gravitatem materiae aut poenae, ex aliis duobus: vel ex verbis quibus praeceptum conficitur vel ex subditorum voluntate qui legem suscipiunt. Patet hoc: nam verba legis sunt signa quae voluntatem intentionemque legislatoris expriment et materiae qualitatem insinuant. Voluntatem etiam subditorum potest se obligare etiam cum dubium sit an grave quod sit quod lege praeci-

pit; ergo veluti signa sunt quibus cognoscatur an lex ad mortale crimen obliget an ad veniale. Quo fit primo, ut merito receptum sit ut quotiescumque in iure ecclesiastico invenitur Praecipimus, In virtute sanctae obedientiae, signum sit obligare legem ad mortale, quia semper contingit ut his verbis ius non utatur nisi in materia gravi. Quo fit (f. 164) Quo fit 2.^o ut ex communi receptione et communi voluntate Fratrum Minorum qui ceperunt ut quotiescumque in Regula D. Francisci invenitur hoc verbum Praecipimus ibi sit speciale praeceptum, obligentur ad observandum sub mortali. Vide d. Thomam I. II, q. 88 per totam quaestionem qui videtur huius esse sententiae. Et hoc ipsum definitur ca. Ubi supra.

Unde ad primum argumentum respondetur idcirco Fratres Minores recepisse velut praeceptum ubicumque in Regula ponitur hoc verbum Praecipimus, quia ceperunt illud velut gravem materiam; de qua etiamsi esset dubium an gravis esset, sua voluntate ad servandum illud velut praeceptum se astrinxerunt, idque ita ceperunt auctoritate summi Pontificis. Ad secundum respondetur negando antecedens, quia excommunicationis non potest fieri nisi pro materia gravi peccati mortalis; unde qui pro levibus cum ferunt graviter peccant.

Ex his primo sequitur quod praecepta quae religiosis imponunt praeteriti sui circa res leves, si adiungatur aliqua circumstantia gravis, obligant ad mortale, ut cum ponitur praeceptum ne quis ingrediatur talem domum, utpote infamiae nota maculatam obliget ad mortale, quia etsi ingressus in se domum laici sit quid leve, tamen quod religiosus eam ingrediatur postquam eam infamiae nomine taxatam fuerit compertam aut postquam ipse de mala familiaritate est suspectus, res gravis est admodum. Ceterum, si praeceptum esset pro re levissima impositum, non obligaret ad mortale, quia oportet ut lex sit iusta ordinetur ad bonum commune, quod non fit in rebus levissimis. 2.^o sequitur quod si quis votum emitteret circa rem levem non obligaretur quemadmodum leges de re levi latae non obligant. Quod si quis vellet defendere ut nonnulli defendunt, votum etiam de re levi obligare, non ob id contra ea quae definimus quicquam sequitur; nam non eadem ratio de lege voti et de lege humana. Lex enim humana iuxta materiae qualitatem obligat; et quia votum proficiscitur ex voluntate voventis nihil vetat si ipsemet se ad id vellet obligare ad quod humana lex non eum posset obligare. Nec demum contra ea quae diximus militat id quod de praecepto primo parenti imposito solet adduci quod de re levissima statutum fuisse videtur; nam esto ita se res haberet illud potuit Deus facere quippe qui vitae auctor est et vitae et mortis dominus. Sed verum lateamus quamquam licet illius ligni esus in se res levis esse videretur, gravissima tamen circumstantia fuit adiuncta (f. 164v) ut scilicet experiretur Deus eius obedientiam in re minima; quamvis minimum esse non possit quicquid Deus iusserit, sed potius gravissimum etsi a nobis ignorantibus forte id non appareat.

Sed iam de quibusdam civilium legum generibus dicendum venit quomodo obligent et ad quid. Et primum Dubium est de silvis et montibus...

Para ilustrar de alguna manera la transmisión de ideas y textos que se observan en toda la Escuela Salentiana, usamos los parecido bueno transcritos, según el orden cronológico que nos parece más probable, una serie de textos que se refieren al mismo asunto. Primero los damos en su totalidad; después, los ponemos en lecturas paralelas. Los Siglas que usamos son:

- V 1 = VITORIA, *Relectio de Potestate civili*.
 V 2 = VITORIA, In I. II, q. 96, a. 4 Octob. 1000
 S 1 = SOTO, In I. II, q. 96, a. 4 Octob. 132
 V 3 = VITORIA, In I. II, q. 96, a. 4 Octob. 1630
 B = BARRON, In I. II, q. 96, a. 4 Quin. 1041
 C = CUEVAS, In I. II, q. 96, a. 4 Octob. 1050 17
 S 2 = SOTO, *De iustitia et iure*.
 G = GARCIA, In I. II, q. 96, a. 4 Octob. 1004
 M = MEDINA, *Commentarii in I. II, q. 96, a. 4*

Vitoria, Relectio de Potestate civili, n. 16

Primo, quis alius sequeretur saecularem potestatem esse spiritualesm, si obliget in foro conscientiae.

Secundo, quis finis reipublicae et potestatis saecularis solum est aliquid temporale, puta pacificus status, civiumque convictus; sed hoc nihil ad conscientiam; ergo.

Tertio, quis esset omnino potestas saecularis altera parte manca, nam obligaret et non posset absolvere.

Quarto, quis tunc puniretur quis his pro peccato: nam in hoc mundo punirent principes, in alio autem Deus.

Quinto, non potest imponere poenam spiritualem: ergo nec obligare ad culpam, cum non videatur maior ratio de uno quam de alio.

Sexto, nam vel est in potestate principis non obligare ad culpam, aut obligare. Si primum, contra, quia praelati spirituales possunt non obligare, ut patet in religionibus. Si secundum, quomodo ergo constabit quando velint obligare, cum ipsi non explicent?

(Ed. Lyon, 1587, p. 114)

Vitoria, q. 96, a. 2, Octob. 1000, f. 266v

Primum omnium, quia magis dubitatur de legibus civilibus quam pontificiis, ideo de illis quaeritur an obligent in foro conscientiae. Et videtur quod non.

1.^o quia sequeretur quod potestas regia esset vere spiritualis, sicut potestas Papae. Consequens autem est falsum, quia per hoc distinguuntur potestas regia et pontificia, quia una est spiritualis, alia non. Consequentia probatur: quia habet effectus pure spirituales, si potest ligare animas. Secundo, quia finis legis civilis est solum beatitudo naturalis, non supernaturalis, sicut pontificia; ergo. Tertio, quia mirabile est: potestas civilis non potest absolvere a peccato; ergo nec obligare ad illud. 4.^o arguitur: sequeretur quod puniretur quis bis in idipsum pro una sola culpa. Patet, quia puniet me rex temporaliter, et ultra ad poenam spiritualem obligor; ergo. 5.^o arguitur: quia nullus potest obligare ad culpam quam ipse non potest punire, sicut non potest poena excommunicatione quae est poena spiritualis. 6.^o vel est in potestate regis quod tales leges obligant in foro conscientiae vel non; (f. 267r) sicut est in potestate praelatorum qui possunt facere quod obliget ad poenam solum, ut constitutiones nostrae. Si primum, quid ergo plus habet papa quam rex? Et dato quod sit ita, interpretandae sunt leges in mitiorem partem, scilicet quod non obligent. Si secundum, risibile est quod non possit.

In oppositum sine dubio est veritas...

Soto, q. 96, a. 4 Octob. 782, f. 202v

Sed de lege civili licet sit etiam verum non est tamen perspicuum.

Nam est primum argumentum: quia obligare ad mortale videtur potestas spiritualis, puta ligare animas sub poena inferni. Et tunc non distingueretur potestas civilis ab ecclesiastica, et in hoc distinguitur: quod una est spiritualis et non alia.

2.^o quia potestas civilis non habet auctoritatem remittendi peccata; ergo videtur quod neque possit obligare ad peccatum. Nam ecclesiastica quae habet unum nimirum si habeat alium: est mirum quod possit tendere in infernum et non liberare.

3.^o quia finis proprius potestatis civilis est temporalis status reipublicae; ergo videtur quod non se extendat ad poenam aeternam.

Et quartum argumentum: quis non videtur posse obligare ad poenam quam non potest infligere, neque ad culpam quam non potest punire. Sed non potest potestas saecularis punire culpam in foro conscientiae sicut spiritualis.

Et ultimo argumentatur pro declaratione materiac: quis vel est in potestate principis obligare ad peccatum quando voluerit vel non est in potestate sua, sed obligatio sequitur ex natura legis. Si dicatur primum, ergo videtur quod nunquam obliget illo modo, quia nunquam exprimit in sua lege quod obliget ad peccatum; si dicatur secundum, quod sequitur ex natura legis, sequitur quod non posset laedere rex legem quae non obligaret ad peccatum: quod est durum, nam in ordine nostro sunt tales leges.

His non obstantibus est vera opinio sancti Thomae...

Vitoria, q. 96, a 7 Vat. 4630, f. 274v

2.^a dubitatur: An lex humana civilis obliget in foro conscientiae. Et sunt rationes pro parte negativa.

Nam alias sequeretur quod potestas civilis non differret a potestate ecclesiastica. Patet consequentia: quis sicut potestas ecclesiastica obligat, potest etiam per se obligare civilis; ergo non differunt quantum ad hoc, et ita quantum ad hoc sequitur quod tantam potestatem habet princeps saecularis quam spiritualis.

Etiam: Vitium est supra, quod leges civiles ordinauntur solum ad bonum materiale reipublicae; ergo non possunt obligare ad aliquid spirituale sicut est culpa.

Etiam: Nullus potest obligare ad culpam aut poenam quam non potest punire. (f. 275r) Sed legislatores humani non possunt inferre poenam purgatorii aut inferni; ergo. Et confirmatur: nam dicere quod aliqua lex obligat ad culpam est dicere quod transgressor illius legis incurrat; sed rex non potest dare nobis poenam inferni.

Etiam: Eius est ligare cuius est solvere; sed legislator humanus non potest absolvere a culpa; ergo neque potest obligare ad culpam; ergo.

His non obstantibus ponimus oppositam conclusionem...

Barrón, q. 96, a. 4 Ottob. 1091, f. 291v

Contra ista argumentatur:

Omnis potestas obligans sub peccato est spiritualis; sed civilis non est spiritualis; ergo illa non potest ad mortale vel veniale obligare. Respondet maior esse falsam...

Secundum argumentum: Ad legem civilem non pertinet quod homines non peccent. Nego antecedens.

Tertium: Nulla potestas humana potest a peccato absolvere; ergo nec obligare sub peccato. Respondet...

Quartum : Nulla lex humana potest infligere poenam debitam mortali ; ergo non obligat sub mortali. Responde a S. Th...

Quintum argumentum : lex civilis potest obligare in conscientia ; ergo habet immediatam potestatem in conscientia, et per consequens nulla videtur differentia inter civilem et ecclesiasticam potestatem. Respondeo...

Cuevas, q. 96, a 4 Octob. 1050 II, f. 372r

Dubium secundum est de lege civili.

Et videtur quod non obliget in foro conscientiarum, quia obligatio in foro conscientiae oritur ex potestate spirituali, quam non habet civilis ; ergo.

2.^o quia finis legis civilis est humanus et politicus qui ad peccatum obligare non videtur.

3.^o etiam, quia potestas humana non habet remittendi peccata ; ergo nec ligandi peccatis, quia alias esset irrationalis et impia potestas quae potest ligare et non solvere.

(f. 372v) 4.^o quia contra rationem videtur quod aliquis obliget ad culpam cum non possit infligere poenam pro illa culpa.

Ultimo, quia vel illa lex obligat ex natura sua vel ex beneplacito legislatoris. Non primum, quia sic omnes leges obligarent, quod falsum est, ut patet in nostris legibus et constitutionibus ; nec secundum, quia nunquam est talis intentio in legislature : solum enim intendit suae reipublicae providere.

[Et etiam, quia leges poenales possunt esse sine culpa ; ut patet in nostris constitutionibus ; ergo poena sufficere debet ; nec cum culpam contrahere sit odiosum, debet ampliari, sed restringi et declarari quod solum obligent ad poenam nec tantum malum incurrant contra facientes.]

Soto, De iustitia et iure, I.1, q.6, a.4

[...] At vero de potestate civili non est tanto robore conclusio firma, quin sint in contrarium argumenta nonnulla. Primum : obligare ad culpam in foro conscientiae, cum animas vulneret, videtur spiritualis potestas, qualis in ecclesia est, non autem in potestate civili. Secundo, potestas civilis non illucque protenditur ut possit peccata remittere : consequens ergo apparet ut neque possit peccata conicere. Iniquum enim censere quis posset ut qui religare nequit, ligare valeat ; ecclesia namque utrumque potest. Tertio, finis proximus (f. 18v) civilis potestatis est temporarius reipublicae status ; ergo ad aeterna supplicia non se dilatat. Quarto, Potestas quae in conscientia reum culpae punire nequit aeterna poena non potest sub reatu talis culpae obligare ; potestas autem civilis in foro conscientiae nullam potest imponere poenam, sicuti spiritualis, quae illas in sacramento discernit poenas, quas si hic non persolveris, patieris in altero saeculo. Postremo arguitur ut articulus nervusque materiae detegatur : Aut obligatio ad cul-

pam est in arbitrio principis ferentis legem, aut praeter suam voluntatem sequitur ex natura legis. Si prius dederis, fit ut nunquam lex civilis obliget sub reatu culpae, quia nulla est lex quae talem circumstantiam exprimat. Si autem posterius concesseris, scilicet ut obligatio sequatur ex natura legis consequitur ut princeps nullam possit condere legem quae non obliget sub reatu culpae, quod tamen creditu durum est, quando quidem in religionibus, praecipue in nostra, multae sunt leges nullo nos ligantes culpae reatu. Verumtamen his nihil obstantibus...

(Ed. Lyon, 1580, f. 18r-v)

Gallo, q. 96, a. 4 Quod 1009, f. 214r

Sed probatur maioribus argumentis quod lex civilis non obliget ad culpam in foro animae.

Nam potestas civilis non est spiritualis, ut plane constat; ergo non pertinet ad forum animae spirituale.

Deinde, finis potestatis civilis est solum aliquid temporale nimirum status reipublicae tranquillitas et civium convictus; sed hoc nihil ad forum animae spirituale; ergo.

3.^o potestas civilis non potest ponere poenam spirituales ut aperte constat; ergo non potest obligare in foro animae spirituali.

4.^o si posset obligare ad culpam esset omnino manca et imperfecta, nam posset ligare et non solvere.

5.^o si princeps saecularis posset obligare ad culpam suis legibus vel esset in potestate sua non obligare vel hoc non esset in sua potestate. Non potest dici hoc secundum, nam etiam praelati ecclesiastici aliquando non obligant ad culpam suis legibus; nec verò potest dici primum, nam semper esset dubium an obligent ad culpam in foro conscientiae; nunquam enim illud in suis legibus explicent.

Medina, l. II, q. 96, a. 4

Sed probatur maioribus argumentis quod lex civilis non obliget ad culpam in foro animae.

Nam potestas civilis non est spiritualis, ut plane constat; ergo non pertinet ad forum animae spirituale.

Deinde, finis potestatis civilis est bonum aliquod temporale nimirum salus reipublicae, tranquillitas et convictus civium; sed hoc nihil ad forum animae spirituale; ergo.

3.^o potestas civilis non potest ponere poenam spirituales ut aperte constat; ergo non potest obligare in foro animae spirituali.

4.^o si posset obligare ad culpam esset omnino manca et imperfecta, nam posset obligare et non posset solvere.

Ultimo, si princeps saecularis posset obligare ad culpam suis legibus vel esset in potestate sua obligare vel non; haec secundum dici non potest: nam etiam praelati ecclesiastici suis legibus aliquando non obligant ad culpam. Neque vero primum dici potest, nam semper esset dubium an obligent ad culpam in foro conscientiae; nunquam enim illud in suis legibus declarant.

(Ed. Venecia, 1510, p. 509)

- V 1 Primo, quia alias sequeretur saecularem potestatem esse spiritualem, si obliget in foro conscientiae.
- V 2 Primo, quia sequeretur quod potestas regis esset vere spiritualis, sicut potestas Papae. Consequens autem est falsum, quia per hoc distinguuntur potestas regis et pontificia, quia una est spiritualis, alia non. Consequens probatur: quia habet effectus pure spirituales, si potest ligare animas.
- S 1 Non est primum argumentum: quia obligare ad mortale videtur potestas spiritualis, puta ligare animas sub peccato inferni. Et tunc non distingueretur potestas civilis ab ecclesiastica, et in hoc distinguatur: quod una est spiritualis et non alia.
- V 3 Nam alias sequeretur quod potestas civilis non differret a potestate ecclesiastica. Patet consequentia: quia sicut potestas ecclesiastica obligat, potest etiam per se obligare civile; ergo non differunt quantum ad hoc, et haec quantum ad hoc sequitur quod tantam potestatem habet princeps saecularis quam spiritualis.
- B Omnis potestas obligans sub peccato est spiritualis; sed civilis non est spiritualis; ergo illa non potest ad mortale vel veniale obligare. Respondetur maiorem esse falsam (1).
- C quia obligatio in foro conscientiae oritur ex potestate spirituali, quam non habet civilis; ergo.
- S 2 Primum: obligare ad culpam in foro conscientiae, cum animus vulneret, videtur spiritualis potestas, qualis in ecclesia est, non autem in potestate civili.
- G Nam potestas civilis non est spiritualis, ut plane constat; ergo non pertinet ad forum animae spirituale.
- M Non potestas civilis non est spiritualis, ut plane constat; ergo non pertinet ad forum animae spirituale.

(1) B. Quintum argumentum: Lex civilis potest obligare in conscientia; ergo habet immediatam potestatem in conscientia, et per consequens nulla videtur differentia inter civilem et ecclesiasticam potestatem. Respondetur...

- V 1 Secundo, quia finis reipublice et potestatis temporalis solum est aliquid temporale, puta pacificus status, civiumque convictus; sed hoc nihil ad conscientiam; ergo.
- V 2 Secundo, quia finis legis civilis est solum bonitudo naturalis, non supernaturalis, sicut pontificia; ergo.
- S 1 2.^o quia finis proprius potestatis civilis est temporalis status reipublice; ergo videtur quod non se extendat ad peccatum aeternum.
- V 3 Etiam: Visum est supra, quod leges civiles ordinantur solum ad bona materiale reipublice; ergo non possunt obligare ad aliquid spirituale sicut est culpa.
- B Secundum argumentum: Ad legem civilem non pertinet quod homines non possent. Neque antecedens.
- C 2.^o quia finis legis civilis est humanus et politicus qui ad peccatum obligare non videtur.
- S 2 Tertio, finis proximus / civilis potestatis est temporarius reipublice status; ergo ad aeterna supplicia non se dilatat.
- G Deinde, finis potestatis civilis est solum aliquid temporale nimirum status reipublice tranquillus et civium convictus; sed hoc nihil ad forum anime spirituale; ergo.
- M Deinde, finis potestatis civilis est solum aliquid temporale nimirum status reipublice tranquillus et civium convictus; sed hoc nihil ad forum anime spirituale; ergo.

- V 1 Tertio, quia esset omnino potestas secularis altera parte manea, non obligaret et non posset absolvere.
- V 2 Tertio, quia mirabile est: potestas civilis non potest absolvere a peccato; ergo nec obligare ad illud.
- S 1 2.^o quia potestas civilis non habet auctoritatem remittendi peccata; ergo videtur quod neque possit obligare ad peccatum. Nam ecclesiastica quae habet auctoritatem si- milis, si habeat aliam; est mirum quod possit tendere in infernum et non li- berare.
- V 3 Etiam: Eius est ligare cuius est solvere; sed legislator humanus non potest absolu- vere a culpa; ergo neque potest obligare ad culpam; ergo.
- B Tertium. Nulla potestas humana potest a peccato absolvere; ergo nec obligare sub peccato. Respondet...
- C 3.^o etiam, quia potestas humanus non habet remittendi peccata; ergo nec ligandi peccata, quia aliter esset irrationabilis et impia potestas quae potest ligare et non solvere.
- S 2 Secundo, potestas civilis non illucisque profunditur ut possit peccata remittere; consequens ergo apparet ut neque possit peccata condonare. Iniquum enim censeri quia posset ut quis relinere nequit, ligare valeat: ecclesia namque utrumque potest.
- C 4.^o si posset obligare ad culpam esset omnino iustus et imperfectus, non posset obligare et non solvere.
- M 4.^o si posset obligare ad culpam esset omnino iustus et imperfectus, non posset obligare et non posset solvere.

- V 1 Quinto, Non potest imponere poenam spiritualem; ergo nec obligare ad culpam, cum non videtur maior ratio de uno quam de alio.
- V 2 3.^o arguitur quia nullus potest obligare ad culpam quam ipse non potest punire, sicut non potest poena excommunicationis quae est poena spiritualis.
- S 1 Et quantum argumentum: quis non videtur posse obligare ad poenam quam non potest infligere, neque ad culpam quam non potest punire. Sed non potest potestas secularis punire culpam in foro conscientiae sicut spiritualis.
- V 3 Etiam: Nullus potest obligare ad culpam aut poenam quam non potest punire, [l. 275r] Sed legislatores humani non possunt inferre poenam purgatorii aut inferni: ergo. Et confirmatur: nam dicere quod aliquis lex obligat ad culpam est dicere quod transgressor illius legis incurrat: sed rex non potest dare nobis poenam inferni.
- B Quantum, Nulla lex humana potest infligere poenam debitam mortali; ergo non obligat sub mortale. Respondeo ex S. Th...
- C [l. 372v] 4.^o quia contra rationem videtur quod aliquis obliget ad culpam cum non possit infligere poenam pro illa culpa.
- S 2 Quinto, Potestas quae in conscientia reum culpae punire nequit aeternam poenam non potest sub reato talis culpae obligare; potestas autem civilis in foro conscientiae nullam potest imponere poenam, sicuti spiritualis, quae illas in sacramento dimittit poenas quas si hic non persolveris, patieris in altero saeculo.
- G 3.^o potestas civilis non potest punire poenam spiritualem ut aperte constat; ergo non potest obligare in foro animae spirituali.
- M 3.^o potestas civilis non potest punire poenam spiritualem ut aperte constat; ergo non potest obligare in foro animae spirituali.

V 1 Sexto, nam vel est in potestate principis non obligare ad culpam aut obligare. Si primum, contra, quia prelati spirituales possunt non obligare, ut patet in religionibus. Si secundum, quomodo ergo constabit quando velint obligare, cum ipsi non explicent?

V 2 6.^o: vel est in potestate regis quod tales leges obligent in foro conscientiae vel non; [L. 267] sicut est in potestate prelatorum qui possunt facere quod obligent ad poenam solum, ut constitutiones nostrae. Si primum, quid ergo plus habet papa quam rex? Et dato quod sit ita, interpretandae sunt leges in mitiorem partem, scilicet quod non obligent. Si secundum, risibile est quod non possit.

S 1 Et ultimo argumentatur pro declaratione materiae: quia vel est in potestate principis obligare ad peccatum quando voluerit vel non est in potestate sua, sed obligatio sequitur ex natura legis. Si dicatur primum, ergo videtur quod nunquam obliget illo modo, quia nunquam exprimit in sua lege quod obliget ad peccatum; si dicatur secundum, quod sequitur ex natura legis, sequitur quod non posset facere rex legem quae non obligaret ad peccatum: quod est durum, nam in ordine nostro ~~non~~ talis lex.

Haec non obstantibus est vera opinio sancti Thomae... [L. 203]

C Ultimo, quis vel illa lex obliget ex natura sua vel ex beneplacito legislatoris. Non primum, quia sic omnes leges obligarent, quod falsum est, ut patet in multis legibus et constitutionibus; nec secundum, quia nunquam est talis intentio in legislatoribus: solum enim intendit bene reipublicam providere.

S 2 Postremo arguitur in articulo nervusque materiae delegatur: Aut obligatio ad culpam est in arbitrio principis ferentis legem, aut praeter suam voluntatem sequitur ex natura legis. Si prius dederis, fit, ut nunquam lex civilis obliget sub reatu culpae, quia nulla est lex quae talem circumstantiam exprimat. Si autem posterius concesseris, scilicet ut obligatio sequatur ex natura legis consequitur ut princeps nullam possit condere legem quae non obliget sub reatu culpae, quod tamen creditur durum est, quandoquidem in religionibus, praecipue in nostra, multae sunt leges nullo reatu ligantes culpae reatu.

Verumtamen hic nihil obstantibus... [L. 18 r-v].

G 5.^o si princeps saecularis possit obligare ad culpam suis legibus, vel esset in potestate sua non obligare vel hoc non esset in sua potestate. Non potest dici hoc secundum, nam etiam prelati ecclesiastici aliquando non obligant ad culpam suis legibus; nec vero potest dici primum, nam semper esset dubium an obligent ad culpam in foro conscientiae; nunquam enim illud in suis legibus declarant.

M Ultimo, si princeps saecularis possit obligare ad culpam suis legibus, vel esset in potestate sua obligare vel non; hoc secundum dici non potest; nam etiam prelati ecclesiastici suis legibus aliquando non obligant ad culpam. Neque vero primum dici potest, nam semper esset dubium an obligent ad culpam in foro conscientiae; nunquam enim illud in suis legibus declarant.

V 1 Quarto, quia tunc punitur quis hic pro peccato: nec in hoc mundo puniunt principes, in alio autem Deo.

V 2 4.^o arguitur: sequeretur quod puniretur quis hic in idipsum pro una sola culpa. Paret, quis punitur nec rex temporaliter, et ultra ad poenam spiritualem obligor; ergo.

C [Ad argum.] Et etiam, quia leges poenales ponunt esse sine culpa, ut patet in nostris constitutionibus: ergo poena sufficere debet; nec cum culpa contrahere sit odiosum, debet amplari, sed restringi et declarari quod solum obligem ad poenam, nec tantum malum incurrent contra facientes.

INDICE DE LOS MANUSCRITOS TRANSCRITOS

FRANCISCO DE VITORIA, O. P.

| | | |
|------------------------------------|--|-----|
| <i>I. II.</i> , q. 72, c. 5 : | Ottob. lat. 1000, ff. 124v-125v | 166 |
| | Vnt. lat. 4630, ff. 208v-210r | 172 |
| <i>I. II.</i> , q. 88, ca. 1 a 1 : | Ottob. lat. 1000, ff. 156a-158a | 169 |
| | Vnt. lat. 4630, ff. 261v-263r | 174 |
| <i>I. II.</i> , q. 96, c. 5 : | Vnt. lat. 4630, ff. 275v | 178 |

VICENTE BARRON, O. P.

| | | |
|------------------------------------|---|-----|
| <i>I. II.</i> , q. 72, c. 5 : | Ottob. lat. 1041 II, ff. 230v-231r | 178 |
| <i>I. II.</i> , q. 88, ca. 1 a 1 : | Ottob. lat. 1041 II, ff. 272v-275r | 179 |
| <i>I. II.</i> , q. 96, c. 4 : | Ottob. lat. 1041 II, ff. 290v-294r | 182 |

MELCHOR CANO, O. P.

| | | |
|-------------------------------|---|-----|
| <i>I. II.</i> , q. 72, c. 5 : | Ottob. lat. 1050 II, ff. 299v-301r | 185 |
|-------------------------------|---|-----|

DOMINGO DE LAS CUEVAS, O. P.

| | | |
|-------------------------------|---|-----|
| <i>I. II.</i> , q. 96, c. 4 : | Ottob. lat. 1050 II, ff. 373v-374r | 188 |
|-------------------------------|---|-----|

DOMINGO DE SOTO, O. P.

| | | |
|-------------------------------|---------------------------------------|-----|
| <i>I. II.</i> , q. 83, c. 2 : | Ottob. lat. 782, ff. 233r-234r | 190 |
| <i>I. II.</i> , q. 96, c. 4 : | Ottob. lat. 782, ff. 202r-204r | 191 |

PEDRO DE SOTOMAYOR, O. P.

| | | |
|-------------------------------|--------------------------------------|-----|
| <i>I. II.</i> , q. 72, c. 5 : | Vnt. lat. 4634, ff. 287v-290v | 194 |
| <i>I. II.</i> , q. 88, c. 1 : | Vnt. lat. 4634, ff. 390v-393v | 197 |

JUAN GALLO, O. P.

| | | |
|-------------------------------|--|-----|
| <i>I. II.</i> , q. 72, c. 5 : | Ottob. lat. 1004, ff. 72r-74r | 201 |
| <i>I. II.</i> , q. 88, c. 1 : | Ottob. lat. 1004, ff. 160v-164r | 205 |
| | Ottob. lat. 1022, ff. 204r-204v | 205 |

ANONIMO I

| | | |
|-------------------------------|---------------------------------------|-----|
| <i>I. II.</i> , q. 72, c. 5 : | Ottob. lat. 289, ff. 111v-112r | 213 |
| <i>I. II.</i> , q. 88, c. 1 : | Ottob. lat. 289, ff. 142r-v | 213 |

ANONIMO II

| | | |
|-------------------------------|---------------------------------------|-----|
| <i>I. II.</i> , q. 96, c. 4 : | Ottob. lat. 289, ff. 162r-164r | 215 |
|-------------------------------|---------------------------------------|-----|

SIGLAS

| | |
|---------------|--|
| Ant | Antonianum |
| ArchAg | Archivo Agustiniانو |
| Carm | Carmelus |
| CdD | Ciudad de Dios |
| CienTom | Ciencia Tomista |
| EDoc | Euntes Docete |
| EphMar | Ephemerides Mariologicae |
| EphThLov | Ephemerides Theologicae Lovanienses |
| Est | Estudios |
| EstEcl | Estudios Eclesiásticos |
| EstFil | Estudios Filosóficos |
| EstFr | Estudios Franciscanos |
| EtFranc | Etudes Franciscaines |
| FrancStud | Franciscan Studies |
| FreibZiPhTh | Freiburger Zeitschrift für Philosophie und Theologie |
| Monr | Monrca |
| MiscCom | Miscellanea Comillas |
| MHSI | Monumenta Historica Soc. Jesu |
| Pens | Pensamiento |
| RevArchBibMus | Revista de Archivos, Bibliotecas y Museos |
| RevAscMyat | Revue d'Ascétique et de Mystique |
| RevEspT | Revista Española de Teología |
| RevHistEcll | Revue d'Histoire Ecclésiastique |
| Salm | Salmanticensis |
| ScrVie | Scriptorium Victoricensis |
| Soph | Sophia |
| ThGl | Theologie und Glaube |
| VerVid | Verdad y Vida |